6
5-C
4

6.5.C.4

XXV. c. 64
BB. 10.



PALAEPHATI INCREDIBILIA,

VARIORVM NOTIS,

&

DOCTRINIS MORALIBVS

recensuit

M. PAVLVS PATER,

HVNGARVS.

FRANCOFURTI.

ex Officina MEYERIANA.

C.H.

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ

περὶ

ΑΠΙΣΤΩΝ

PALAEPHATI

de

INCREDIBILIBVS

AD ILLVSTRES VVRATISLAVIENSIS REIP.

SCHOLARCHAS;

ET EXCELLENTISSIMOS SCHOLARVM IBIDEM

INSPECTORES.

Cum Interpretatione Latina CORNELII TOLLII *& Annotationibus* MARTINI BRVNNERI, denuo recensuit, & *Animaduersiones nouas* hinc inde inspersit, vt &

DOCTRINAS MORALES,

genuinos itidem rerum & verborum INDICES, iuxta seriem capitum & paragraphorum, adiecit digessitque

PAVLVS PATER

HVNGARVS.

Opusculum cuiusuis Facultatis studiosis apprime vtile, & fere necessarium.

Nunc primum in Germania Græce & Latine editum.

FRANCOFURTI

Apud IOHANNEM MEYERVM,

M DC LXXXV.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

VIRI
ILLVSTRES, MAGNIFICI, STRENVI; MAXIME REVERENDE; EXCELLENTISSIME.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DALÆPHATVS, e Gracia peregre veniens, cùm paucos dies me rogauit, vt in notitiam Germanorum eundem introducerem; data fide, se quicquid hactenus sub Fabularum latuerat inuolucris, e veritate historica, id omne detecturum. Equidem Auctor homini primum exstiti,

talem cauſæ ſuæ Patronum vt eligeret, qui literato Orbi pridem innotuiſſet; Victus tamen precibus eius, annui tandem: præſertim cum haud contemnendam vtilitatem in Humaniorum literarum Cultores redundare poſſe perſpicerem. Dum vero in nuda duntaxat, acquieſceret hiſtoria Peregrinus iſte; ex Plutarcho, Ciue ſuo, ſubinde regeſſi, ſublimiorem inſuper ſymbolis Poeticis ineſſe ſenſum, neutiquam aſpernandum. Res iam longius proceſſerat, nec priuatæ huic ſententiæ vt ſubſcriberet, vlla ratione adduci poterat. quare, vt publicam opinioni meæ auctoritatem conciliarem, ſuaſor ei fui, vt ad Concilium aliquod Illuſtrium & Clariſſimorum Hominum, rem omnem deferret æſtimandam. Continuo ad Campos Elyſios, quos Geographi Sileſios nunc vocant, & quod in iis ſummum Budorgi eſt Deorum Tribunal, quodq; æquiores Iudices, ſic namque a Poetis inaudiuerat, in Orbe dari poſſe nullos. Monui ego Græcum, argumentum huic Foro minime eſſe conueniens, nec caſſas nuces & nugas, vt vulgo exiſtimant, Tantis Præſidibus committi deberi. Enimvero, obſecro, quis non nouit Illuſtri Tuo Nomine, FERDINANDE *a* MODRACH, *Poëtarum hæc figmenta nullatenus eſſe digna: qui in ſummis Reipublicæ negotiis aſſidue occuparis? Eone grauiſſimas veſtras demittetis & deflectetis curas, Senatus Oracula, Curiæ Lumina,* ZACHARIA *a* RAMPVSCH, MAGNE ANTONI *a* GOETZ, *vt ad venandas Muſcas, ab homine peregrino euocari vos patiemini? Anne Tua, ſublimioris Sapientiæ Antiſtes* IOHANNES ACOLVTHE, *D. Famæ per Orbem celebris, in his fu-*

futilibus haſitabit? De Tuis forte curis mitiora augurari liceret incomparabilis THOMA, *vt aliquandiu ad crepundia hæc ſcholaſtica, oculorum aciem aduerteres: niſi aliunde conſtaret, in profundi Oris Scriptore ſtrenue Te occupari. Verum, cuncta hæc nihil moratus Peregrinus iſte, ſed Græca protinus audacia, lætus atque hilaris iter ingreſſus eſt. Venit itaque Palæphatus ad Vós,* IVSTITIÆ ET RELIGIONIS PRÆSIDES, *& cauſam ſuam ipſe profiteri cupit. Venit vero etiam, ab vltimo Europæ angulo Eiusdem* Moralitatis Interpres, *ſacræ & profanæ antiquitatis non degener Cultor. Æquum enim ducebat, Gentilem hominem, in naturali Philoſophia vnice immerſum, ante, quam ſacrum hoc eſt venerabile limen ſcandat, in primordiis* Theologiæ Moralis, *ipſiusque DEI miraculis, Moſis, Ioſuæ, Simſonis aliorumque Theandrorum geſtis, depulſis Paganorum tenebris, in veritatis lucem poſtliminio quaſi protractis, prius inſtituere; iisdemque velut Xenio quodam remunerari: metuebatque, non Iouem illum negligentiæ in peregrinos ſeuerum vindicem, ſed oculorum veſtrorum cenſuram, qui peregrinos æque ac domeſticos, expertus teſtor, incredibili munificentia ad beneficia citatis. Rogatus itaque a Peregrino iſto, & ipſe Peregrinus, in Ciuium licet veſtrorum numerum iam adoptatus, rogo immo ſupplico, ne Patrocinium veſtrum & humanitatis officia ei denegetis, qui non inutilem operam Iuuentuti Græcarum literarum ſtudioſæ, ſe impertiri poſſe ſperat. Ignoſcetis autem,* VIRI MAXIMI, *quod humanitate veſtra, quam apud Vos eſſe mihi gratioſe patiemini, fretus, alios etiam*

improuida facilitate, benignitati Veſtræ commendare audeam; qui mihi potius ipſi, cui eadem fortuna alieno in ſolo moleſta eſt, quæ & Palæphatum perſequitur, Præſidium & Tutelam Veſtram implorare neceſſum habeam. Valete, o & Refugium & Optimi ſalutis meæ Statores; Valete!

ILLVSTRIVM NOMINVM VV;
MAXIME REVERENTIÆ
&
EXCELLENTIÆ TVÆ

deditiſſimus cliens

PAVLVS PATER.

LECTORI BENEVOLO

S. P.

M. PAVLVS PATER.

Elegantissimum hoc PALÆPHATI fragmentum, *Aldus Manutius*, Typographus eruditissimus & diligentissimus, Venetiis primum, iunctis aliis quibusdam huius commatis opusculis, Græco edidit idiomate, anno 1505. in Fol. Post decennii decursum, *Philippus Phasianus*, Bononiensis, qualemcunque versionem huius adornauit, quæ Basileæ, & alibi, cum aliorum Mythologorum scriptis, diuersis formis, sæpius recusa fuit. Idem fragmentum Græcum, cum interpretatione latina, eaque meliori, vna & Notis quibusdam Criticis, Cl. Vir *Cornelius Tollius*, Græcæ Ling. Prof. in

*I*cad. Geldrica, anno 1649. in forma duodecima, Amſtelodami edidit. Vidit hoc Celeberrimus Vir *Martinus Brunnerus* Græcarum tum literarum apud Vpſal. Prof. inclytus, & eundem textum Græcum, retenta *Cl. Tollii* verſione, variis Annotationibus, in gratiam ſtudioſæ Iuuentutis, Vpſaliæ Anno 1663. in Octaua, vt aiunt, forma, mox recudi fecerat. Potiſſima vero cura fuit *Cl. Brunnero*, nunc in cœlis triumphanti, Græcum textum, ex Codice quodam MSS. quem *Chriſtianus Rauius*, inſignis ille Philologus, & de Linguis, cumprimis Orientalibus, præclariſſime meritus, Conſtantinopoli ſecum attulerat, emendatiorem nobis tradere; id quod ex allegatione huius crebra, vltro pateſcit. Quanquam, ipſe etiam *Cl. Tollius* variantibus ſuis Lectionibus, id iam præſtare conatus fuerit; vtut eius plerum-

rumque farinæ esse deprehendantur, quæ vel in vocibus plane Synonymis, aut particulis mere expletiuis, ne dicam manifestis sphalmatibus locum habeant; sola crisεos, aut Grammatices analogia facile restituendæ. Quas tamen, cum *Cl. Brunnero*, potiori ex parte, in noua etiam hac editione ne Iuuentus habeat quod desideret, & retinuimus, & non paucas alias ipsi adiecimus; adiecturi forte rectiora, ex Codicibus Bibliothecæ GVELPHERBITANÆ, vel AVGVSTANÆ, modo nobis Typographus moram aliquam induxisset. Versionem nouam adornare animus non fuit, sed *Cl. Tollii*, sic satis bonam, retinendam duximus; rati, nulla alia ratione melius Docentes Discipulis suis παρερμηνείας vitia, si quæ occurrant, ostendere posse, quam si obuia hæc exempla, crebro adhibeant, & genuinam interpretandi ra-

tionem, ſi modo id fieri poſſit, demonſtrent: Nam conſtat alias, ex Græcis bonis, Latina plerumque mala fieri; non ſecus ac Cicadæ, quæ in agro quidem Locrenſi, ſatis argutæ ſunt, eædem tamen, ſi transferantur vltra fluuium in Latium, continuo muteſcunt. DOCTRINAS quod attinet MORALES, ex ſingulis Fabulis erutas, rebus tum Sacris tum Politicis cumprimis accommodauimus. INDEX quoque Græcus, non modo Dictiones plerasque continet; ſed & locutiones ſeu Phraſes elegantiores, indice quaſi digito, oſtendit. Cæterum, ne mireris vel offendaris L. B. in pluribus quam centum exemplaribus, neque DOCTRINAS MORALES, neque INDICES, quia in officina nunc demum parantur, comparere. Factum id omne ſtudio Bibliopolæ, in rem ſuam nimis intenti, qui, Opere ipſo vix abſolu-

ſoluto, pluscula exemplaria, nobis inſciis, continuo ad Nundinas Francofurtenſes ſecum aſportauit; eaque, hac lege, ibidem diſtrahere ſe velle asſeverabat, vt quæ adhuc deſiderantur, in proximis Autumnalibus nundinis ſuppleturus ſit. Hæc ſunt L. B. quæ obiter monere volui., cætera ex Præfatione, ipſis *Moralibus Doctrinis* præfixa, haurire poteris. Vale. Scr. Ienæ d. V. Aprilis, anno M DC LXXXV.

Tc-

ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΥ
Περὶ
ΑΠΙΣΤΩΝ
ΙΣΤΟΡΙΩΝ.
ΠΡΟΛΟΓΟΣ.

Τάδε περὶ ἀπίστων συγγέγραφα. Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν δὴ πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς ἀνοήλητοι σοφίας καὶ ἐπιστήμης· οἱ δὲ πυκνότεροι τὴν φύσιν καὶ πολυπράγμονες, ἀπιστοῦσι τὸ ὅλως μηδὲν γίνεσθαι τούτων. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα. εἰ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν. ἀλλὰ πρότερον τὰ ἔργα, εἶθ' ἕπως ὁ λόγος ὁ περὶ αὐτῶν. ὁποῖα δὲ εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμενοι, καὶ γενόμενα τότε· οἷ' ἃ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐγένετο. εἰ γὰρ τότε, καὶ ἄλλοτε ἐγένετο, καὶ νῦν

PALÆPHATI
De
INCREDIBILIBVS HISTORIIS.
PRÆFATIO.

HAec de incredibilibus conſcripſi. Hominum quidem hi fidem habent omnibus illis, quæ dicuntur; tanquam a ſapientia, ſcientiaque alieni. Alii vero natura ſapientiores, & rerum ſcrutatores, omnino non credunt horum quidquam fieri. Mihi autem videtur, facta fuiſſe omnia quæ narrantur. Si enim ſolo nomine contigiſſent, ſermo ſuper his exiſteret nullus. Sed primum opera, deinde ſermo eiusmodi, qualis eſt de iis. Cuiusmodi autem ſpecies, & formæ narrantur, fuerunt tum quoq; quæ nunc non extant, eadem neque fuerunt. Si tunc enim, & alio tempore

a ἄ.

τε γίνεται, καὶ αὐθις ἔσαι. ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τὰς συγγραφέας Μέλισσον καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, ἐν ἀρχῇ λέγοντας ἐσὶν ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔσαι. γενόμενα δέ τινα οἱ ποιηταὶ καὶ λογογράφοι παρέτρεψαν εἰς τὸ ἀπιστότερον καὶ θαυμασιώτερον, τοῦ θαυμάζειν ἕνεκε τοὺς ἀνθρώπους. ἐγὼ δὲ γινώσκω, ὅτι δύνανται τὰ τοιαῦτα εἶναι οἷα καὶ λέγεται. Τοῦτο δὲ καὶ διείληφα, ὅτι εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. [b] ἀπελθὼν δὲ ἐς πλείστας χώρας, ἐπυνθανόμην ἐκ πρεσβυτέρων, ὡς ἀκήκοιεν περὶ ἑκάστων αὐτῶν. συγγράφω δὲ ἃ ἐπυθόμην περὶ αὐτῶν. καὶ τὰ χωρία αὐτὸς εἶδον, ὡς ἔσιν ἕκαστον ἔχον. καὶ γέγραφα τοῦτα, οὐχ οἷα ἦν λεγόμενα, ἀλλ' αὐτὸς ἐπελθὼν, καὶ ἱσορήσας.

accidérunt; & iam fiunt, 3 atque erunt deinceps. Ego vero semper laudo scriptores Melissum, & Lamiscum Samium, statuentes quæ in rerum primordio nata sunt, etiam nunc 4 fore. Facta autem quædam Poëtæ & fabulatores ad incredibilia, & miranda magis peruerterunt, eius ergo, vt homines obstupescerent. Equidē sentio talia minime esse posse, qualia circumferuntur. 5 Hoc autem collegi, quod si minus facta essent, non item narrarentur. Ingressus vero & plurima loca, ex senioribus sum scisciatus, quomodo de vno quoque illorum inaudiuissent. 6 Conscribo autem, quæ de iis intellexi. Et loca ipse vidi, vt quisq; haberet; & consignaui hæc, non qualia vulgo narrantur; sed quemadmodum ipse ingressus, omnia cognoui.

NO-

[b] ἐπελθών.

NOTÆ
ad
TITVLVM ET PRÆFATIONEM.

Παλαφάτε. *Palephati.*) Quis hic Noſter fuerit, & quis non fuerit, quando conſtat tres minimum illi fuiſſe cognomines; erudite, vt ſolet, explicat vir ſummus, Gerardus Ioannes Voſſius lib. III. de Hiſtoricis Græcis, p. m. 395. Scribit quatuor huius nominis recenſeri a Suida; quorum primus Poëta Epicus fuit, Athenienſis; alter Parius vel Prienenſis; tertius hiſtoricus Abydenus: quartus Grammaticus Ægyptius vel Athenienſis. Trium priorum ætatem indicari a Suida, quarti tempus ignorari. Primum & tertium in conſiderationem non venire hoc loco; ſecundo tribuere Suidam V. libros ἀπίστων; ita tamen vt addat eos a quibusdam adſcribi Palæphato Athenienſi (πλὴν ὅτι ἔγραψεν ait Suidas) illum autem quem habemus hodie Palæphatum, Cœlio Rhodigino, & Lilio Gyraldo Parium eſſe; idemque & ſe olim ſenſiſſe. Poſtea mutaſſe ſententiam, motum verbis Theonis Sophiſtæ, cui Palæphatus, autor libri περὶ τῶν ἀπίστων, Peripateticus dicitur: quem eundem Ioannes Tzetzes, in hoc parum ſibi conſtans, aliis locis Peripateticum; aliis Stoicum appellat. Vtrumcunque fuerit, Parium eſſe non poſſe; qui ante vtramque ſectam, & Stoicam & Peripateticam vixit. Itaque ſi hic Palæphatus vnus eſt ex illis quatuor Suidæ memoratis, eſſe illum incertæ ætatis, Ægyptium ſiue Athenienſem. Metuere autem ſe, ne Suidas duos confundat Palæphatos; quorum alter Ægyptius fuerit, alter

dat Palæphatos; quorum alter Ægyptius fuerit, alter Athenienſis; alter Grammaticus, alter Philoſophus. Prolixius hæc Voſſius ipſe. Magnus Grotius Epiſt. ad Gallos CXVII. huius autorem ſcripti alienum Palæphati nomen occupaſſe ſentit. Dubitat tamen Henricus Stephanus in Theſauri indice, vtrum hic Palæphatus idem ſit cum illo multorum voluminum περὶ ἀπίστων autore. Palæphati tamen operis fragmentum hodie exſtare, loco ſupra citato ſcribit Voſſius. Inter autores a noſtra memoria remotiores, præter vtrumque Tzetzen, Euſtathio, Suidæ: & ex vetuſtioribus, Hieronymo, Virgilio, Athenæo, Plutarcho, Theoni Sophiſtæ, aliisque noſter memoratus eſt.

Περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν. *De incredibilibus hiſtoriis*) Sæpe ἐλλειπτικῶς, περὶ τῶν ἀπίστων, & περὶ ἀπίστων, vt in ipſa ſtatim præfatione. Quomodo & Heraclitum περὶ ἀπίστων citamus. Videatur Philippi Phaſiniani præfatio ad lectorem. Docet vero Sylburgius, vir græce doctiſſimus, in Rudiment. ling. Græc. lib. III. p. 295, 13. in eiusmodi inſcriptionibus librorum, omitti fere articulum a Platone; ab aliis pluribus frequentius adhiberi. De cætero nemini non obuium eſſe poteſt, vocabulum ἱστορίας in latiore hic capiendum eſſe notione, quam cum ſpecialius fabulæ opponitur: quomodo non ſolam comprehendit πραγμάτων ἐχομένην ἱστορίαν, vt verbis Plutarchi in Romulo vtar. Non omnia vera, aut vt vera, narrant Apollonius in θαυμασίοις, & Antigonus in παραδόξοις ἱστορίαις: quod & vocabula ipſa præ ſe ferunt. Quo

no-

Æliani ποικίλη ἱστορία narrationibus veris nonnunquam fabulosas miscet. Neque nullas fabulas continet Diodori Siculi βιβλιοθήκη ἱστορική. Historiæ fabularis, siue μυθιστορίας, præter alios, hoc aut diuerso sensu, vocabulo vsos, meminit Suetonius in Tiberio cap. LXX. Et verbis ἱστορεῖ, ἱστοροῦσι, etiam de fabularum scriptoribus vtuntur noster, Phlegon Trallianus lib. de rebus memorabilibus, & alii plures. Sub finem fragmentorum, quæ huic opusculo addita sunt, legimus: ἱστορεῖ ποιητικῶς ὅμηρος ὁ ποιητής.

πάντα τὰ λεγόμενα. *Omnia quæ dicuntur*) puta in hac materia, in priscis fabulis. Nam alias in vniuersum nihil de nihilo dici falsum est.

1. δ' γὰρ ὀνόματα μόνον ἐγένετο.) Opponuntur hic, vt & sæpe apud alios, ὀνόματα, λόγος, ἔργα, vt duo postrema infr. cap. XXXV. Et ὀνόματα quidem hoc loco inane nomen, aut aliquid tale significare, certum est. Cl. Tollius pro δ' reponit εἰ. atque hanc viri eruditi minime ineptam emendationem non gravatim admitto. Nec opus, vt quæ sequitur particula δὲ, quidquam turbet; de qua in mundo est, quid sentiendum sit. Sin aliquis malit priorem retinere lectionem, poterit illa ad hunc forte, vel similem, sensum reduci: *Neque enim nuda fuere nomina, de his vero nullus amplius hominum sermo:* (vt fieri frequenter solet in illis, quæ sine ratione, & absque omni similitudine veri finguntur. vnde autor ipse paulo inferius: εἰ μὴ ἐγένετο, δι' ἂν ἐλέγετο) *sed primum exstitere ipsa facta & opera, deinde sermo:* nimirum qui iam inde a tot seculis de iis circumfertur. quasi a longa fama pro-

baret hæc non prorsus ficta esse. Vide infra notata ad verba εἰ μὴ ἐγένετο. Et propius ab hoc sensu abest codex, quem vir clarissimus allegat Londinensis, in quo hæc ita leguntur: ἃ γὰρ ὀνόματα μόνον ὑπῆρξε, λόγος δὲ περὶ αὐτῶν οὐδείς. Capienda hæc ἐλλειπτικῶς, vt & ea quæ statim sequuntur.

2. Πρῶτα μὲν τὰ ἔργα. *Primum opera.*) Nimirum huic autori solenne est ex rebus gestis & factis hominum; non ita ex philosophia naturali vel ciuili, quod fecere plures alii, explicationem fabularum petere. Ita fabulas Homeri & aliorum, ad ἴχνη γεγενημένων καὶ πρασσόντων καὶ πραξέων, *vestigia vita functorum hominum & rerum gestarum*, reuocauit Strabo lib. I. Idem l. III. eundem Homerum dicit ἀεὶ τὰς μύθους ἀπὸ τῶν ἱστοριῶν ἐναγειν. Conferantur quæ de his per multas distinctiones tradit Macrob. in somn. Scip. l. I. c. 2.

Καὶ νῦν γίνεται. *Et iam fiunt*) infra cap. I. εἰ τοιαύτη ἰδέα (de Centauris loquitur) τότε ἦν, καὶ νῦν ὑπῆρχε. Et cap. XXIX. εἰ γάρ ποτε τοιοῦτον ζῶον ἦν, καὶ νῦν ἂν εἴη. Confer & cap. XXXIII. Secus Augustinus lib. XV. de Ciuitate Dei, cap. IX. *An incredibile, aliquando fuisse quod nunc non est?* De longæua primorum hominum vita loquitur.

3. Ἐν ἀρχῇ λέγοντές ἐσιν ἃ ἐγένετο) Verbum ἐσὶ huic iunctum articulo, redditur vulgo per pronomen particulare; vt ἔσιν οἱ *quidam*: ἔσιν ἃ *quædam*. quomodo explicari potest & illud Horatii. 2. l. epist. 2.

Sunt qui non habeant, est qui non curet habere.

Ita verbi huius, particulis aliis iuncti, particularis est significatio. ἔσιν ὡς, ἔσιν ὅπως, ἔσιν οὗ τρόπον, ἔσιν ὅπῃ,

ὅτε, ἔστιν ὅτε, Latine *est quando*, id est, aliquando; & plura huiuscemodi alia. Diceret ergo aliquis, autorem hic, quasi directa orationis forma, allegasse verba ipsius Melissi & Lamisci, interpositа, ὡς διὰ μέσου, voce λέγοντας; fere sicut a Latinis, in tali allegatione interseri verbis eorum, qui allegantur, solent voces *ait, inquit, inquiunt*, & similes. Quomodo verbum ἔλεγε, etiam iunctum datiuo pronominis, accipiendum esse Lucæ XXI. 10. existimat admirandæ vir eruditionis, Isacus Casaubonus, in notis ad istum locum. Et hoc quidem pacto, verba ita ordinanda forent: ἐπαινῶ τὰς συγγραφέας Μέλισσον καὶ Λαμίσκον, ἐν ἀρχῇ, λέγοντας, ἃ ἐγένετο, ἔστι νῦν, καὶ ἔσται. vel, καὶ νῦν ἔστι, καὶ ἔσται. aut simplicius, restituto proprium in locum participio: λέγοντας ἐν ἀρχῇ ἃ ἐγένετο καὶ ν. ε. κ. ε. *Quæ olim fuerunt, & nunc sunt, & posthac erunt.* Pro quo vero obliqua forma dixisset: λέγοντας, ἐν ἀρχῇ ἃ ἐγένετο καὶ νῦν εἶναι, καὶ ἔσεσθαι. vt parallela hæc sint iis, quæ paulo ante allegaui ex cap I. ἔι τοτε ἦν, καὶ νῦν ὑπῆρχε. Quæ coniectura non longe abit ab ea emendatione, quam ex Vossii lib. III. de Histor. Græc. p. m. 385. affert Cl. Tollius, ἔστι νῦν ἃ ἐγένετο καὶ ἔσται. nisi quod isto loco τὸ ἐν ἀρχῇ Vossio initium non temporis, sed operis a Melisso scripti significet. Quanquã nec ea in re iudicio tanti viri temere repugnauerim.

ἃ ἐγένετο, καὶ νῦν ἔστιν, *quæ nota sunt, etiam nunc existunt.*) Salomon Eccles. cap. v. 9. *Id quod fecit, idem cum eo, quod fiet: neq; est noui quicquam sub sole.* Est ne aliquid de quo dici possit, ecce hoc nouum est? imo iam fuit per secula quæ ante nos fuerunt, inquit Ter-

tul. de resurr. cap. XII. *Quodcunq; inueneris fuit: quodcunq; amiseris nihil non iterum est.* Arnob. lib. I. *Noui sit nihil: vetera sunt omnia, & nullis antiquitatibus inaudita.* Idem lib. II. §. 3. vid. Senec. epist. XXIV. Terent. Eun. prolog.

Nullum est iam dictum quod non sit dictum prius. Quo ipso argumento Palæphatus noster fabulas poeticas euersum it, quando tritum illud Melissi & Lamisci Samii adduxit, quod Thomas Gatakerus, Londinas, in comment. ad libros Marci Antonii Imperatoris, ita legendum esse censet: ἔστιν, ἃ ἐγένετο, νῦν ἢ ἔσται. lib. VII. p. 257. edit. Cantab.

Τὸ θαυμάζειν ἔνεκε τῶν ἀνθρώπων. *Eius ergo, vt homines obstupescerent.*) Fabularum virtus vna inter primas fuit, admirationem in hominum mentibus excitare. Id enim quam maxime accommodatum videbatur ad finem Philosophiæ mythicæ (ad quam eximie pertinet illud Aristotelis, Metaph. L. I. c. 2. Φιλόμυθόν πως εἶναι τὸν Φιλόσοφον) cuius & officium erat inter alia, amorem sapientiæ & virtutis, sub inuolucro fabularum hominum animis instillare: admirationem augere præclare factorum, & æternitatem famæ conciliare iis, qui sapientia & fortitudine præ cæteris de humano genere bene meruissent. Præterea reuerentiam, metumque Numinis etiam fictis præmiis pœnisque sancire. Quo pertinet illud nostri cap. III. de Actæone, ἵνα μὴ ὑβρίζοιεν εἰς τὸ θεῖον. Vbi & exempli vicem subire potest fabula Niobes, Medeæ, Marsyæ, & similes aliæ. quanquam ea res postea in superstitionem vertit; vt alia non commemorem.

Ei

Εἰ μὴ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἐλέγετο. *Si minus facta eſſent, non item narrarentur.*) Scite dici poteſt de rumore, occulta facinora ſuggillante. Porro his gemina ſunt illa Iſocratis in Panegyrico, de Cerere, quærente Proſerpinam: ἐξ ὧν ἄν τις καταφρονήσειε τῶν λεγομένων, ὡς ἀρχαίων ὄντων, ἐκ τῶν αὐτῶν τέκτων εἰκότως ἂν καὶ τὰς πράξεις γεγενῆσθαι νομίσειε. Διὰ γὰρ τὸ πολλὰς εἰρηκέναι, καὶ πάντας ἀκηκοέναι, πεφυκέναι μὴ καινὰ μὲν, πιστὰ δὲ δοκεῖν εἶναι τὰ λεγόμενα περὶ αὐτῶν. id eſt, vt reddit Wolfius: *Si quis ea, quæ diximus, contemſerit, quod antiqua ſint, ob id ipſum ea facta eſſe, iure exiſtimauerit. Nam quod ea & multi dixerunt, & omnes audiuerunt, non quidem noua, ſed fide digna ſunt habenda.*

5. Ἀπελθὼν καὶ πλείστας χώρας) Dicerem deeſſe participium περιοσῶν vel aliquid tale; aut potius pro καὶ reponendum eſſe εἰς vel ἐς, niſi in MSC. Cl. Ravii eſſet ἐπελθὼν: quæ tamen vox paulo poſt occurrit. Conſtructio origine quidem Ionica, ſed vſu alias ſatis frequentata.

6. Αὐτὸς ἐπελθὼν καὶ ἱστορήσας. *Ipſe ingreſſus omnia cognoui.*) Negligentius vocabulum ἱστορήσας reddit Bononienſis per *hiſtoriam componens.* Neque enim hic ad illud περὶ ἀπίστων ἱστορίων reſpicere debuit. Commodiore *cognoſcendi* vocabulo vtitur Tollius. Sed & ἱστορῆσαι ſæpe luſtrare ſignificat, peregrinantium, variasque terras obeuntium ritu. Et ἱστορία *luſtrationem* quoque locorum, quæ fit cognoſcendi ſtudio, ſignificat. Dicit igitur autor,

se ingressum esse, i. e. adiisse plurima loca; ea nimirum, in quibus, & ex quibus eruditi plenius potuit de hisce fabulis: certiusque colligere, fabulas esse, vel ex narrationibus hominum, qui ea incolebant; vel ex locorum situ, historia rerum in iis gestarum & circumstantiis aliis. Inde cap. IX. de Niobe, καὶ ἡμεῖς, ait, ἐθεασάμεθα αὐτὴν, οἷα καὶ λέγεται. &, si Palæphati id est, cap. XLVIII. εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ. Nulla vero istic additur eius quod vidit explicatio.

Κεφ. α.
ΠΕΡΙ ΚΕΝΤΑΥΡΩΝ.

Κένταυροι ὡς θηρία ἐγένοντο, καὶ ἵππων μὲν εἶχον ὅλην τὴν ἰδέαν, πλὴν τῆς κεφαλῆς. εἴ τις οὖν πείθεται τοιοῦτον γενέσθαι θηρίον, ἀδυνάτοις πεπίστευκεν. οὔτε γὰρ ἡ φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνθρώπου, οὔτε ἡ τροφὴ ὁμοία, οὔτε διὰ στόματος καὶ φάρυγγος ἀνθρωπείου δυνατὸν ἵππου τροφὴν διελθεῖν. εἰ δὲ

CAP. I.
DE CENTAVRIS.

Centauri ferae fuerunt, & ad equorum modum totam formam habuere, excepto capite. Si quis itaque persuasum habeat, eiusmodi bestiam fuisse, impossibilibus credidit. Neque enim natura equi hominisque inter se conuenit, neque alimentum simile; neque per os & guttur humanum equi nutrimentum potest descendere. Si autem for-

τοιαύτη ἰδέα τότε ἦν, καὶ νῦν ὑπῆρχε. Τὸ δ' ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Ἰξίονος βασιλέως ὄντος Θεσσαλίας, ἐν τῷ Πηλίῳ ὄρει ἀπηγριώθη ταύρων ἀγέλη, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα ἐποίει. εἰς γὰρ τὰ οἰκούμενα κατιόντες οἱ ταύροι, ἔσινον τὰ δένδρα, καὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τὰ ὑποζύγια a διέφθειρον. ἐκήρυξεν οὖν ὁ Ἰξίων, ὡς εἴ τις b οὖν ἕλοιτο τοὺς ταύρους, τούτῳ c δώη χρήματα πάμπολλα. νεανίσκοι δέ τινες ἐκ τῆς ὑπωρείας, ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης, ἐπινοοῦσιν ἵππους κέλητας διδάξαι. Πρότερον γὰρ οὐκ ἠπίσταντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι, ἀλλὰ μόνον ἅρμασιν ἐχρῶντο. οὕτω δὲ ἀναβαίνοντες τοὺς κέλητας, ἤλαυνον ἐφ'

forma talis tum temporis exstitisset, etiam nunc superesset. At rei veritas ita habet. Ixione Thessaliæ Rege, in monte Pelio furore correptum est taurorum agmen. ac quidquid montium reliquum erat, inaccessum reddidit. Tauri enim in loca culta descendentes, arbores concutiebant ac fructus, iumentis simul noxii. Proclamari itaque iussit Ixion, si quis hos tauros sustulisset, illi ingentem pecuniæ vim dandam. Iuuenes autem quidam ex pede montis, & pago dicto Nephele, equos condocefacere celetes excogitarunt. Nesciuere enim prius equis vehi; sed curribus solum vtebantur. Ita quidem, celetes adscendentes, ferebantur in tauros,

&c.

a. συνέφθειραν. b ἀνέλοιτο. c δώσειν, δώσει.

ὃ οἱ ταῦροι ἦσαν. καὶ ἐπεισβάλλοντες τῇ ἀγέλῃ, ἠλόντιζον. καὶ ὅτε μὲν ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ταύρων, ἀπέφευγον οἱ νεανίαι· ποδωλέστεροι γὰρ ἦσαν οἱ ἵπποι. ὅτε δὲ ἔστησαν οἱ ταῦροι, ἀποστρέφοντες ἠκόντιζον. καὶ τέλος τὸν τρόπον ἀνεῖλον αὐτούς. καὶ τὸ μὲν ὄνομα ἐντεῦθεν ἔλαβον οἱ κένταυροι, ὅτι τοὺς ταύρους κατεκέντησαν. οὐδὲν γὰρ μέτεστι ταύρου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνθρώπου ἰδέα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. λαβόντες γοῦν οἱ κένταυροι παρὰ Ἰξίονος χρήματα, καὶ γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει, καὶ τῷ πλήθει, ὑβρισταὶ ὑπῆρχον, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ πολλὰ κακὰ εἰργάζοντο, καὶ δὴ καὶ κατ' αὐτοῦ Ἰξίονος, ὃς ὤκει τὴν νῦν καλουμένην

& facta in gregem incursione, iaculis illum feriebant. Atque vbi in sequerentur tauri, aufugere iuuenes; erant enim equi velociores. Tauris vero consistentibus, conuersi denuo tela immittebant. Atque hoc pacto interemerunt illos. Et nomen quidem exinde acceperunt Centauri, quod tauros stimulis exagitassent. Nihil enim equi Centauris inest; sed ab hoc opere figura equi hominisque prouenit. Accipientes itaque Centauri ab Ixione pecuniam ob commissum facinus & diuitias, arroganter gloriantes, contumelioſi exstitere, & superbi; ac plurima mala perpetrarunt, etiam contra ipsum Ixionem, vrbem nunc Larissam nuncupatam habitantem.

Λάρισσαν πόλιν. οἱ δέ τοτε τοῦτο τὸ χωρίον οἰκοῦντες, Λαπίθαι ἐκαλοῦντο. κεκλημένοι δὲ οἱ κένταυροι παρὰ τῶν Λαπίθων ἐπὶ θοίνην, μεθυσθέντες ἁρπάζουσι τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τοὺς ἵππους αὐτὰς, ὤχοντο φεύγοντες εἰς τὴν οἰκίαν, ὅθεν ὡρμῶντο. ἐπολέμουν οὖν τοῖς Λαπίθαις, καὶ καταβαίνοντες διὰ νυκτὸς εἰς τὰ πεδία, ἐνέδρας ἐποίουν. ἡμέρας δὲ γενομένης, ἁρπάζοντες ἀπέτρεχον ἐπὶ τὰ ὄρη. οὕτω δ' ἀπερχομένων αὐτῶν, ἵππων οὐραὶ, καὶ ἀνθρώπων κεφαλαὶ μόνον ἐφαίνοντο. ξένην οὖν ὁρῶντες θέαν ἔλεγον· οἱ κένταυροι ἡμᾶς, κατατρέχοντες ἐκ Νεφέλης, πολλὰ κακὰ ἐργάζονται. ἀπὸ δὴ ταύτης τῆς ἰδέας τοῦ λό-

tem. Qui ea tempestate regionem illam incolebant, Lapithæ
8 vocabantur. Centauri autem ad conuiuium a Lapithis inuitati, vbi vino incaluere, rapuerunt illorum mulieres; quibus in equos iniectis, fugientes vnde prodierant, domum se receperunt. Suscepto
9 igitur cum Lapithis bello, de nocte in loca plana procedentes, insidias illis struebant; & simul ac illuxisset, montes repetebant populabundi. Sic vero illis abeuntibus, equo-
10 rum caudæ, & virorum capita solum apparuere; ac spectaculum videntes inusitatum, dixere homines: Centauri ex Nephele proruentes, multis nos malis afficiunt. Ab hac
11 itaque loquendi forma conficta incredibilis fabula

γα, ὁ μῦθος ἀπίστως ἐπλάσθη, ὡς ἐκ τῆς νεφέλης ἵππος τε ἅμα αὐτῇ ἐγεννήθη ἐν τῷ ὄρει.

bula est, quomodo ex Nephele homo simul & equus in monte esset progenitus.

NOTÆ
AD CAP. I.

Ὡς θηρία) Particulam ὡς non reddit versio Tolliana. nec deest ratio existimandi illam superfluam esse; tum quod planius & plenius hæc efferat codex, qui in notis allegatur vetus, περὶ πενταύρων φασὶν ὡς θηρία ἐγένοντο: tum quod huic simile initium pluribus in hoc autore fabulis datum sit: extra quod isti particulæ minus esse videtur locus. Voluit tamen eam exprimere Phasianus. *Centauri*, inquit, *tanquam feræ quædam fuerunt*. Credo quia non tota, sed dimidia figura bestias referebant. Inde forsan non prorsus feras, sed tanquam feras, id est, ferís magna ex parte similes dici putat.

Ἀδυνάτοις πεπίστευκε. *Impossibilibus credidit*. vide indicem in *Enallage*. Centauros reuera fuisse exemplum Onocentauræ minus incredibile facit Ælianо, lib. XVII. de animalibus, c. 9. Hanc enim ore, collo, pectore, humeris, brachiis, manibus, humanam: dorso, lateribus, ventre, pedibus, asini habuisse figuram, ex Pythagora & Cratete Mysio tradit. cum quibus componi possunt, quæ de hippocentauro, in Arabia reperto,

perto, ſcribit Phlegon Trallianus, de rebus memorabilibus, cap. penult. vide & Plin. Nat. hiſtor. lib. VII. cap. 3. An fuerint Centauri, dubitat Chryſantes apud Xenophontem, Pæd. lib. IV. εἰ ἐγένοντο, inquit. Cum noſtro autem conſentit Cicero lib. I. Tuſc. quæſt. & II. de Nat. Deor: hippocentauros non eſſe affirmans, nec ab vllo vnquam viſos. In eundem ſenſum Lucretius lib. V.

Sed neque Centauri fuerant, nec tempore in vllo
Eſſe queat duplici natura, & corpore bino,
Ex alienigenis membris compacta poteſtas.

Ἐκ κώμης λιὸς καλουμένης Νεφέλης. *Ex pago dicto Nephele.*) Alii rem totam aliter narrant. Nephelen nimirum ſeruam fuiſſe in aula cuiusdam Regis, a quo humaniter admodum exceptus ſit Ixion, cum ob cædem ſoceri exul erraret. Illi beneficio hunc eam retuliſſe gratiam, vt ſtuprum intentarit Reginæ. Id illi querenti non credentem Regem, ſeruam Nephelen in ornatu Reginæ, commodo ad hanc rem tempore, obieciſſe malo hoſpiti: atque ex errore impotentis amatoris cognouiſſe, verè ad ſe delata eſſe. Vt hinc eſſe poſſit quod fert fabula, Iouem in forma Iunonis coëgiſſe nubem (νεφέλην) cum qua congreſſus Ixion, Imbrum Centaurorum primum procreauit, vide Diodorum Siculum, lib. IV. c. 8. Didymum ad Odyſſ. Φ. 304. Fulgent. Mythologicῶn lib. II. Barth. Merulam ad Ouid. Triſt. lib. IV. eleg. VI. qui & huius fabulæ cætera compendio narrat.

Ἵππους κέλητας. *Equos celetes.*) Plinius lib. VII. cap.

cap. 56. primum ait Bellerophontem mortales docuisse equo vehi; ita tamen vt artem ex equis pugnandi ad autores Centauros siue Thessalos referat. Secus Diodorus lib. IV. c. 8. qui Centauros primos equitare ausos tradit. Plinium sequitur Polydorus Virgilius, de inuent. rerum lib. II. cap. 12. ex Virgilio, Lucano, aliisque quædam huc pertinentia afferens. Pausanias in Arcadicis ad Neptunum artem equitandi refert: Scholiastes Apollonii ad Sesonchosem vel Sesostrim Ægypti Regem. Vid. Ælian. var. IX. 16. Cæterum ἵππος κέλης, Latine *equus singularis*; Plinio lib. XXXIV. cap. 5. *Celes* etiam, qui Græcis præterea ἄξυξ, μόνωψ, καταμόνας, μόνιππος, & id genus nominibus aliis appellatur, est equus vnus aut solus, quem vnum vnus regit sessor; vt & hodie quos in militia equitum nomine distinguimus a peditibus, vno tantum vtuntur equo; nec simul duos pluresue regentes, discrimen pugnæ subeunt. Huic equorum generi opponebantur olim qui Latine *desultorii* dicebantur, quorum mentionem faciunt, præter alios, Suetonius in Cæsare cap. XXXIX. & Hyginus fabula LXXX. Dicebantur, inquam, desultorii, quod qui eos regebant equites, cum duos aut plures semper actu eodem regerent, etsi in vno tantum sedere possent, vbi tamen ita visum fuit, & postulabat necessitas certaminis, inter currendum pugnandumue, alternis desiliebant ex fesso in viribus meliorem; *ludentes*, vt ait Manilius lib. V. *per terga volantum*. Vnde & ipsi equites, *desultores*, Græce ἀμφίπποι vocabantur. Vide Liuium lib. I. cap. 22.

XXIII.

XXIII. 29. Ælianum περὶ στρατηγικῶν τάξεων cap. XXIIX. Item Suidam in voce ἄμφιπποι, & qui hæc latius explicat, Hermannum Hugonem de militia equestri, lib. III. c. 4. aliosque. Securius olim quam verius traditum acceptumque, eundem esse equum celeta & desultorium. quæ res Donato, Onuphrio Panuinio, aliisque imposuit; effecitque vt Lexicographi, atque in eis duo maximi viri, Guilielmus Budæus & Henricus Stephanus, magis, credo, vulgarem opinionem, quam eruditionem suam secuti, κέλητα interpretarentur equum desultorium. Eadem, opinor, ratione ὁ μαχαίτης Erasmus Schmidius, vir de literis Græcis, inprimis de Pindaro optime meritus, ad εἰδ. α. ὀλυμπ. κέλητα scribit esse; quem Suetonius appellat desultorium; quod repetit in prolegom. in Pythionicas, & alibi passim. Atqui longe illi diuersi erant. Sed & ἄμιπποι a desultoriis alii fuerunt (quanquam & hos quidam non satis distinguunt) duo quidem equi, sed quibus non vnus insidebat eques. Nam altero sedebat auriga, qui utrumque regebat; altero eques, qui pugnabat tantum. Obseruatum id ex Pausania & Eustathio, summo viro Claudio Salmasio, & ante eum Henrico Stephano. Ita autem apud Eustathium Pausanias: ἄμιπποι ἵπποι ἐξευγμένοι χωρὶς δίφρου, ὅτε ὀπὶ δύο κέλητας ἀνέβαινον, ὁ μὲν ἡνιοχῶν, ὁ δὲ ὁπλίτης. ἀπὸ τοίνυν τοῦ ἅμα ἀμφοτέρους καθέζεσθαι, εἰ καὶ ἰδίᾳ ἑκατέρους, ἄμιπποι οἱ τοιοῦτοι ἐλέγοντο. Quanquam posteriore loco vox ἄμιπποι, non equos, sed equites notare videatur, & apud alios alias habeat significa-

tiones. Contra itaque Celes equum vnum & singularem significat; interdum etiam, qui eum regebat, vnicum equitem; vnde & verbum κελητίζειν, *Celete equo vehi*, vt reddunt Lexicographi. At vero & ἄμφιπποι dicebantur κελητίζειν, vt vel ex Iliad. O. v. 679. colligi potest. Et Hesychius κελητιᾶν, κελητίζειν, interpretatur ἱππεύειν. Credo quia equites desultores & Celetes multa habuere communia, in regendis equis, & arte equitandi; ob quæ iunctim opponebantur τοῖς συνωριασταῖς, & τεθριπποβάταις, biiuges vel quadriiuges & in vniuersum quosuis regentibus equos, qui trahebant currum. Confer hanc in rem doctissimum Germanorum, Ioachimum Camerarium in hippocomico, siue tractatu *de curandis equis*. Neque enim ex citato Plinii loco, lib. XXXIV. probari potest, perinde κελήτων appellationem ad hos posteriores pertinuisse. Nam sensum locus ille continet alium, & qui ad hæc nihil faciat. Non enim in eo legendum: *Celetes tantum dicebant, in sacris victores*, (quæ lectio forsan effecit, vt minus distinguerent quidam inter κέλητας, ἀμφίππους & συνωριαστὰς) sed *dicabant*. Quo pacto sensus loci erit, vt esse debet, longe alius. Alexandrum Magnum in epistola ad Darium, vocabulo κέλητος cursorem vel veredarium significare voluisse coniectura est viri maximi, Ioh. Freinshemii ad Curt. lib. IV. 1, 10. Porro translato ab equis ad naues vocabulo, κέλης, Latinis *Celes* vel *Celox*, paruum est nauigium, quod vno tantum remorum ordine agitur. Inde ἐπῆρες κελήτιον apud Arrianum. Bayfius τριακόντορον & κέλητα a Thu-

Thucydide lib. IV. inter prædatoria nauigia poni tradit. Thomas Magiſter: κέλης μονόζυξ ἵππῳ, ἢ κέλης πλοίαριόν τι, ταῖς ναυσὶν ἐφελκόμενον. Erudita breuitate rem explicat magnum Vpſalienſ. Academiæ ornamentum, & præclarum in literis nomen, Ioannes Schefferus, in eximio de militia nauali opere lib. II. c. 2. Hæc ratio ἀμφίππων eſt & deſultorum, cum κέλησιν opponuntur. Alio ſenſu deſilire dicebantur milites, qui in prælio genus mutantes pugnæ, ex equis deſcendebant ad pedes, vt ex Cæſare bell. Gall. lib. IV. c. 2. Curt. lib. VII. c. 7. Liu. lib. XXVI. cap. 4. pluribusque iſtius autoris locis: Valer. Max. lib. II. c. 3. aliisque rem explicat Hermannus Hugo, loco allegato. Quo pacto deſultores veri fuerint equites, qui interdum deſcendendo ex equis peditum pugnabant ritu. Sicut contra velites veros fuiſſe ſcribit pedites, ſed ſublatos interdum in equos, vt in pugna de pedibus iuuarent equites. Interdum tamen & hos ex equo pugnaſſe, non minus quam equites ipſos, ex Vegetii lib. III. cap. 24. tradit. Vide vero Lipſium de milit. Rom. lib. IV. Dial. 2. & Salmaſium in opere poſthumo de re militar. Roman.

Porro, vt eadem de Celtiberis prodit Diod. Siculus lib. V. cap. 9. de Hiſpanis Liu. Lib. XXIX. cap. 2. ita diuerſa ab hac, Gallorum fuit ratio pluribus in prælio vtendi equis, quam nobis deſcribit Pauſanias lib. X. de Brenno, Gallos ad nouam contra Græcos expeditionem ſolicitante. In Gallorum exercitu ſingulos equites ſequebantur, vt tradit ille, famuli duo, & ipſi in equis; equeſtrium artium ſatis periti. In ex-

trema autem acie consistentes ei erant vsui, vt si forte equum amitteret Dominus, statim submitterent suum. Sæpe & famulus in locum successit cæsi Domini. Hanc equestris pugnæ rationem illi Trimarcisiam, vt & equum marcam appellabant. In Pausania tamen Trimarrisiam & marram legere mauult Camerarius; quod propius hoc accedat ad id verbum, quo equas vulgus Germanorum appellat. Vnde, præter alia, vocabulum Marstall / *equile*, hodieque supereſt. Vulgatam vero lectionem defendit Vossius lib. II. cap. 12. de vit. serm. docens cum Pausania veteres Germanos equum Marh itemq; Mâre appellasse. Contenderet tamen aliquis pro Camerario, ex Ælian. var. IX. 16. Ausonum vetustissimum non *μάχην*, sed *μάρην* appellatum, quod in modum Centauri *ἱππομιγὴς* esset. Neque vero nulla ex parte similem his Gallorum equis vsum hodie præstant, qui lingua Suedica Löfhäster/hand- & Liifhäster/germanice Leit-siue Hand-Pferd dicuntur, etsi a desultoriis longius abeant.

4. Πρότερον γὰρ οὐκ ἐπίσαντο ἐφ' ἵππων ὀχεῖσθαι. *Nesciuere enim prius equis vehi.*) Contra Lucretius lib. V.

Sed prius est reppertum in equi conscendere costas,
Et moderarier hunc frenis, dextraque vigere:
Quam biiugo curru belli tentare pericla.

Sed de vtriusque artis incunabulis videatur Polydor. Virgil. de inu. rer. lib. II. cap. 12. & Hermann. Hugo de militia equestri lib. I. cap. 2. & 6. qui Nostri, non Lucretii sententiam sequitur.

6. Ὅτι

6. Ὅτι τὰς ταύρας κατεκέντουν. *Quod tauros ſtimulis exagitaſſent.*) Seruius ad Georg. III, 115. ait, ſatellites Theſſaliæ Regis fuiſſe, iuſſos œſtro agitatos boues reuocare. Hos igitur, cum curſu non ſufficerent, equorum vſos opera, ſtimulis laſciuum pecus ad tecta egiſſe. Ideoque aut in præcipiti equitatione, aut cum equi ad Peneon flumen potarent, viſos, locum feciſſe fabulæ. Mox tamen addit: *alii dicunt, Centaurorum fabulam eſſe confictam ad exprimendam humanæ vitæ velocitatem, quia conſtat equum eſſe velocisſimum.* Quaſi hæc fabula non hiſtoriæ & rei geſtæ, ſed allegoriæ phyſicæ ortum deberet. Ad allegoriam moralem reuocatur explicatio Albrici Philoſophi, libello de imaginibus Deorum, cui figura Centaurorum homines ſignificat prauitate concupiſcentiæ beſtiis quam hominibus ſimiliores. Huc pertinet ſimilitudo Chryſantæ apud Xenophontem, cuius ſupra facta mentio; qui rei equeſtris & militaris cupidus, aiebat ſe delectari imagine Centaurorum: oportere enim ſe ſuique ſimiles βουλεύεσθαι μὲν ἀνθρώπου φρονήσει, ταῖς δὲ χερσὶ τὸ δέον παλαμᾶσθαι, ἵππου δὲ τάχος ἔχειν καὶ ἰσχύν, ὥστε τὸ μὲν φεύγοι αἱρεῖν τὸ δὲ ἐπόμενον ἀνατρέπειν. i. e. *deliberare prudentiæ hominis; manibus, quod facto eſt opus, efficere. Equi autem celeritatem habere & robur, vt quod fugit, capere, quod reſiſtit, ſubuertere poſſint.* Centaurus Chiron præceptor Achillis datus, Iliad λ. ex quo, etſi ob virtutem Chironis id factum, allegoriam tamen in malam partem texere

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

placuit Alciato in emblematibus. Simplicius, puto, res intelligi poteſt ex Philoſtrat. Icon. lib. II. ſi hiſtoriam potius quam doctrinam morum ſpectes: διδάσκει, inquit, τὸν Ἀχιλλέα ἱππάζεσθαι. Paulo inferius idem de Centauridibus, ſiue Centaurorum filiabus agit. Fulgentius Mythol. lib. II. de Ixione, ſcribit, Centauros dictos fuiſſe centum Ixionis Regis equites, quaſi *centum armatos*. Non ſatis appoſite. Minus profecto incommoda de origine vocis, quanquam de re ipſa inepta magis fuit ſententia eius, qui Centauros hecatomben interpretabatur; vſus, vel potius abuſus illo Ouidii:

Vota Ioui Minos taurorum ſanguine centum
Soluit.

Noſtrum contra Tzetzen, qui hoc pacto non Centauros, ſed Centotauros appellari debuiſſe contendit, defendunt Salianus in annalibus, ad ann. mundi 2822. num. 8. ſeq. Natal. Com. Mythol. lib. VI. c. 16. qui & lib. VII. c. 4. de origine & forma Centaurorum ex veteribus plura adfert. Centauri ergo dicti ab occiſis tauris: Hippocentauri ab inſcenſis huius rei gratia equis. Herm. Hug. de mil. equeſtr. lib. I. cap. 2. Vide tamen Diodorum, lib. IV. cap. 8. & notata ad voces ἵππους κέλητας. Centaurorum & Cyclopum fabulam natam eſſe ex violentia gigantum, qui ante diluuium vixere, probabile videtur viro eruditiſſimo, D. Ioh. Wandalino, Theologo Hafnienſi, exerc. IV. in hiſtor. ſacr. V. T. th. XXVII. idem in eandem ſententiam B. Lutherum allegat, Comm. in Geneſ. folio 88. 89. & Ioſeph. lib. IV. Antiqu. qui & gigantes, vt

No-

Noster Centauros, ὑβριστὰς vocat. de quo legi potest & Isocr. encom. Helen. Apud Aristoph. Ran. Act. I. Scen. 2. κενταυρικῶς ἐνήλαθε significat *violenter* & *magna cum insolentia* in ostium *irruit*. His addi possunt & alii plures, quos hic recensere vel necessarium vel commodum non videtur.

Ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα. *Figura equi hominisque.*) Κένταυροι ἵπποι ἀκέφαλοι, ἄνθρωποι ἄποδες. *Centauri equi sine capite, homines sine pedibus*; humanis nempe. Eustath. ad Iliad. α. Non contemnenda emendatione hunc locum ita constituit Cl. Tollius, ope cod. vet. οὐδὲν γὰρ πρόσεστι ταύρου τοῖς κενταύροις, ἀλλ' ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα. ὄνομα δὲ ταύρων ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. MSC. quo vtor, postrema ita habet: ἵππου καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστίν. ἀπὸ τοῦ ἔργου οὖν τὸ ὄνομα ἔλαβον. Eustath. loc. cit. de Centauris, ἐνομίσθησαν σύνθετοι ἐξ ἵππων καὶ ἀνδρῶν, διότι ἁρματηλατεῖν ἀφέντες, κελητίζειν ἐπετηδεύσαντο, ἤγουν ἀζεύκτοις ἵπποις ἐποχεῖσθαι. Confer & Callistrati ἐκφράσεις prop. fin. Ælianus loco, quem, vt supra scripsi, in gratiam Camerarii aliquis forte allegaret (ipse enim nihil huius moueo) Variæ, inquam, historiæ IX. 16. eodem fere modo fabulam explicat de Ausonum antiquissimo Mare: qui itidem anteriore parte corporis hominem, posteriore equum referebat; vnde & ἱππομιγὴς dictus, quasi equo mistus. Vide Hyginum & Astronomos de Sagittario. In historia tamen animalium, vti supra notatum, proniore fide Centauros fuisse, credere videtur. Cæterum hæc

eadem ἵππῳ καὶ ἀνδρὸς ἰδέα, *equi ſpecies & viri*, Americanis, quibus ante aduentum Hiſpanorum ars equitandi ignota fuit, ita impoſuiſſe dicitur nouitate ſpectaculi, vt vnum eſſe animal equum equitemque crederent, a quo vehementer ſibi metuebant. Videatur Wolfgang. Frantzius hiſt. animal. part. I. cap. 12. Hieron. Benzo Mediolanenſ. *Americæ* lib. III. cap. 3. aliique, qui de iſta expeditione ſcripſerunt.

8. Ὅθεν ὡρμῶντο. *Vnde prodierant.*) Male Phaſinianus: *quo impetus illos ferebat.* vid. & Cap. VI.

9. Ἐπολέμων ἔν τοῖς Λαπίθαις. *Suſcepto igitur tum Lapithis bello.*) Vide Hom. Odyſſ. Φ. v. 295. & alios plures.

11. Ὡς ἐκ τῆς Νεφέλης. *Quomodo ex Nephele.*) vocem νεφέλης mallem hic appellatiue, vt loqui amant Grammatici, reddere; vt ἐκ τῆς νεφέλης ſit ex *nube*, aut ſaltem cum interpretatione nominis proprii, *ex Nephele*, id eſt, *ex nube.* Quanquam & in Theſauro Roberti Stephani hunc locum aliter redditum videam. De eo autem loquitur autor, quod in hac fabula ἄπιστον eſt. Vide & quæ in hoc capite notaui ad illa, ἐκ κώμης τινὸς καλουμένης Νεφέλης.

CAP.

Κεφ. β.

ΠΕΡΙ ΠΑΣΙΦΑΗΣ.

Μυθεύεται ὅτι ἠράσθη a ταῦρον νεμόμενον, Δαίδαλον δὲ ποιῆσαι βοῦν ξυλίνην, καὶ ἐγκλεῖσαι τὴν Πασιφάην εἰς αὐτήν. οὕτω τε τὸν ταῦρον ἐπιβάντα, μιγῆναι τῇ γυναικί. τὴν δὲ κυῆσαι b παῖδα, ἔχοντα μὲν σῶμα ἀνδρὸς, κεφαλὴν δὲ βοός. Ἐγὼ δὲ οὔ φημι τοῦτο γενέσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ ἀδύνατον ἐρασθῆναι ζῶον ἕτερον ἑτέρου. οὐ γὰρ δυνατὸν κύνα, καὶ πίθηκον, λύκον τε καὶ ὕαιναν ἀλλήλοις συμμιγῆναι, οὐδὲ βούβαλον ἐλάφῳ· ἑτερογενῆ γάρ εἰσι. ταῦρος δὲ οὐ δοκεῖ μοι βοῒ ξυλίνῃ ἀναμιχθῆναι. οὐκ ἂν δὲ ἠνέσχετο καὶ γυνὴ ταύρου ἐπιβαίνοντος, οὐδὲ φέρειν ἠδύνατο

CAP. II.

DE PASIPHAE.

0 In fabulis est, illam tauri pascentis amore fuisse captam; Dædalum vero fabricasse bouem ligneam, eique Pasiphaën inclusisse. Atque ita taurum inscendentem mulieri se commiscuisse; illam concepisse, & peperisse puerum, cui corpus quidem viri, caput vero bouis esset.
1 Ego autem tale quidpiam minime factum esse dico. Primum quidem fieri non potest, vt animal diuersi generis aliud amet: neque enim possibile canem cum simia, lupum cum hyæna, vel
2 cum ceruo bubalum consuescere; quod alterius sint generis. Taurus autem non videtur mihi cum lignea bucula commisceri potuisse: non enim

a ταύρου νεμομένου. b καὶ τεκεῖν.

γυνὴ ἔμβρυον ἔχον γε κέρατα. Τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὅτως. Μίνωά φασι, ἀλγοῦντα τὰ αἰδοῖα, θεραπευθῆναι ὑπὸ * Πρόκριδος τοῦ Πανδίονος, κατ' ἐκεῖνον ὃν τὸν τῆς θεραπείας καιρὸν ἠκολούθει τῷ Μίνωι νεανίας εὐειδὴς, ὀνόματι Ταῦρος. ἐρᾷ Πασιφάη ἔρωτι ἀλόσα, μίγνυται αὐτῷ, καὶ γεννᾷ παῖδα. Μίνως δ' ὑπολογισάμενος τὸν χρόνον τῆς ἀλγηδόνος τῶν αἰδοίων, ἔγνως ὡς οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτοῦ ὁ παῖς, διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι αὐτὸν τῇ Πασιφάῃ, ἔγνω ὡς ἐκ τοῦ Ταύρου ἐστὶ τὸ κυηθέν. ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ ἠθέλησε τὸ παῖδα, διὰ τὸ δοκεῖν ἀδελφὸν εἶναι τῶν ἑαυτοῦ παίδων. ἀποπέμπει δ' αὐτὸν εἰς ὄρος, ὡς ἂν θεράποντος μοῖραν ὑπάρχειν τοῖς ποι-

nim tauri ruentis in Venerem pondus mulier toleraſſet; neque fætum cornua habentem vtero geſtare ſuſtinuiſſet. At veritas rei ita ſe habet. Minoa dicunt pudendis laborantem a Pandionis Procride ſanatum fuiſſe: quo curationis tempore comitabatur illum iuuenis quidam, egregie formoſus, Taurus nomine; cuius amore correpta Paſiphaë, congreditur cum ipſo, & puerum parit. Minos vero ſupputans tempus, quo ex verendis laborauerat, atque intelligens non ex ſe progenitum filium, quod cum Paſiphaë non coiuiſſet; cognouit ex Tauro eſſe natum. Et interficere quidem noluit puerum, quia ſuorum liberorum frater eſſe putaretur. Ipſum vero in montem ablegat, vt

* τῆς κελεοῦς.

μέσιν. ὁ δὲ οὐκ ὑπε-
τάσσετ τοῖς βουκόλοις.
Πυθόμενος δὲ ὁ Μίνως 6
τὰ κατ' αὐτὸν, ἐκέλευ-
σεν αὐτὸν παρὰ τῶν πολι-
τῶν κρατηθῆναι· καὶ εἰ
μὲν ἔποιτο, λελυμένον
ἐλθεῖν, εἰ δὲ μὴ, δέσμιον. 7
αἰσθόμενος δὲ ὁ νεανίας,
ἀφίσταται εἰς τὰ ὄρη, καὶ
ἁρπάζων βοσκήματα,
οὕτω διέζη. Πέμψαντος 8
δὲ Μίνωος καὶ ἕτερον ὄ-
χλον πλείονα, διὰ τὸ
συλλαβεῖν αὐτὸν, ὁ νεα-
νίας ὄρυγμα ποιήσας
βαθὺ, καθεῖρξεν ἑαυ-
τὸν εἰς ἐκεῖνο. ἔνθα ὄν-
τος τοῦ Ταύρου, εἴποτε πα-
ρὰ τοῦ Μίνωος ἐκρατή-
θη τις ἀδικῶν, παρὰ τὸν
Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ
Ταῦρος τιμωρήσαιτο. καὶ 9
λαβὼν οὖν ποτε Μίνως τὸν
Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν
Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀ-
ποθανούμενον. γνοῦσα δὲ
τοῦτο ἡ Ἀριάδνη, προ-
εισπέμπει ξίφος εἰς τὴν
εἱρκτὴν, δι' οὗ ὁ Θησεὺς
ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον.

vt famuli vice subesset pastoribus. Sed morem gerere bubulcis noluit. Hæc vbi Minos super illo resciuisset, a ciuibus iussit comprehendi; & si sponte sequeretur, solutum aduenire; sin minus, vinctum. Ista postquam animaduertisset iuuenis, secessit in montes, & rapiendo pecudes vitam sustinuit. Mittente vero Minoë aliam turbam copiosiorem ad capiendum eum, adolescens facta se fossa continuit; in qua dum esset Taurus, si quis facinorosus a Minoë comprehenderetur, ad Taurum mittebatur puniendus. Cumque aliquando Thesea hostem Minos cepisset, ad Taurum, tanquam moriturum, ablegauit. Quod intelligens Ariadne, gladium in carcerem præmisit, quo Minotaurum Theseus interemit.

NO-

NOTÆ

AD CAP. II.

Περὶ πασιφάης. *De Paſiphaë.*) Ἠθοποιίαν plane elegantem habemus apud Ouid. de arte, lib. I. Cæterum de Minoë, Paſiphaë, Dædalo, videatur Pauſanias in Bœoticis, Diodorus lib. IV. cap. 13. Hygin. Fab. XXXIX. XL. ſeq. Seru. ad Æneid. VI. ab init. Voſſ. Theol. Gent. lib. I. cap. 14. Nicolaus Leonicus V. hiſt. lib. II. cap. 27. & alii, qui hanc in Poëtis celebrem fabulam plerique cum Noſtro hiſtorice explicuerunt. Nomen Paſiphaês ad Phyſicen, & deinceps fabulam ad moralem Philoſophiam trahit Fulgentius Mythol. lib. II. de adult. Vener. Lucianus, in Dialogo de Aſtrologia, ait, Paſiphaen de tauro inter aſtra relato inaudiiſſe a Dædalo; atque inde taurum & ſidera reliqua, adeoque totam ſcientiam Aſtronomicam amare cœpiſſe. Abuſum artium mechanicarum ad libidinis & fœuitiæ inſtrumenta conficienda, in hac fabula notat Franciſcus Baconus de Verulamio, libro de ſapientia veterum, cap. XIX. Minotauri figura vſi Romani in vexillis. Ducum enim conſilia abdita & ſecreta eſſe oportet, ſicut Minotaurus per abſtruſas ambages longe in Labyrinthum olim abſcondebatur. Poſſet aliquis inſtituti cauſam, per comparationem petere ex iis, quæ in notis ad cap. ſuperius ex Xenophonte de Centauris allata ſunt. De ptiore ſymboli explicatione legatur Lipſius de milit. Rom. lib. VI. Dial. 5. qui tamen in his

his ſignis non Minotauros, ſed alia ex cauſa tauros fuiſſe exiſtimat.

ο. Μυθεύεται ὅτι ἠράσθη ταύρου νεμόμενον, Δαίδαλον δὲ ποιῆσαι.) Mſc. Conſtantinop. τέυρε νεμομένε. Vt infra, ἀδύνατον ἐρασθῆναι ζῶον ἑτέρου ἑτέρε. Apollodor. Biblioth. lib. III. ἐρασθεῖσα τάυρε. Philoſtrat. Icon. lib. I. ἡ πασιφάη ἔ τάυρε ἐρᾷ. Noſter cap. XXIV. Ὅσις εἶδεν αὐτὴν ἤρα ταύτης. Ita quoque infra cap. VI. in iſtis κατὰ Κάδμον, ον ex ου factum. Porro, vt habent codices, mutatur hic forma conſtructionis in ipſo orationis curſu: ſiue in eadem periodo verbum finitum iungitur verbo finito, per particulam ὅτι, & mox abſque illa verbo infinito. infra cap. XXXIX. Λέγεται δὲ Ὕδρας ὅτι Λερναῖος ὄφις ἦν, ᾧ δύο κεφαλαὶς ἀναφύεσθαι. Quanquam iſto loco codex Mſc. ἀναφύονται legat. vid. & not. ad cap. XVI. infra. In Actis Apoſtolorum cap. XXVII. 10. ὅτι ante infinitiuum eſt & caſum quartum; vnde & abundare videtur.

Βῶν ξυλίνην. *Bouem ligneam.*) Addunt alii, vt τὸ μυθῶδες tanto ſit concinnius, eum in rotulis poſitam boüem ligneam obduxiſſe pelle bubula, & collocaſſe in prato, vbi paſcebat taurus. Apollod. de orig. Deor. ſub init. lib. III. Hygin. Fab. XLI. Tzetzes autem hiſt. XIX. chil. I. domum quandam ligneam fuiſſe, ait, quam bouem ligneam vocarunt Dædali, in qua concubuit Taurus, militum dux, cum vxore Minois Paſiphaë.

ἀ φημι τοῦτο γενέσθαι.) Secundum ſeriem verborum: *non dico id factum eſſe:* Sententia loci poſtulat: *dico id factum non eſſe:* vel *nego id factum eſſe.* Cap. XXXII. ſimpliciore quidem forma dicitur de Perſeo: φησὶ μὴ ἀποδῶναι, *ait ſe non*, vel *negat ſe redditurum*; At mox de Meduſa aliter: Μέδουσα ἀ φράζει δεῖξαι, quod itidem reddendum: *negat ſe*, vel, *ait ſe non oſtenſuram.* Sicut apud Ælianum eſt Var. hiſt. XII. 1. vt ex tot aliis hoc vnum afferam: ἔφατο μὴ ἔχειν, *dixit ſe non habere.* Atque eodem modo autores alii; ex quibus exempla plurima congeſſerunt Lexicographi, vt in vulgatis etiam Lexicis cuiuis obuium eſt. ἀ φημι *nego* ſignificat apud Euripidem; quod idem valet atque *dico non*; ἀ φῂς, *negas*, apud Ariſtophanem. Ita & ἀ φήσεις *negabis.* ἀκ ἀῦ ἔφην ἀπελθεῖν. *Dixi me non*, vel, *negaui me abiturum.* Demoſth. Addit Budæus in Commentariis, inter alia, illud Ariſt. 7. Ethic. 3. ἀ φασί τινες οἷόν τ' εἶναι. *Dicunt quidam poſſibile non eſſe.* nimirum vt aliquis ſciens incontinenter viuat. Eandemque rationem eſſe oſtendit in ſimilibus & particulis & verbis, vt μὴ φάσκω, itidem *dico non*, vel *nego*, Demoſth. aduerſus Phormionem. Μὴ λέγειν *negare*, apud Platonem eſt lib. IX. de legibus. Ita & μὴ προσποιῶμαι, non ſignificat *non ſimulo*, ſed *ſimulo non eſſe*, id eſt, diſſimulo. Atque hæc quidem ex probatiſſimis autoribus Budæus. Quibus addi poteſt illud Demoſth. in orat. contr. Mid. propius fin. ἔχθραν ἔτ' ἐμοὶ πρὸς ἐμὲ, ἄν τε ἐγὼ φῶ, ἄν τε μὴ φῶ, φησὶν εἶναι. id eſt, interprete Wolfio: *inimicitias iſte ſibi mecum, ſiue affir-*

firmem, siue pernegem, intercedere dictitat. Ita & Plato, apolog. ἐαν τε σὺ κὰὶ Ανυτος μὴ φῆτε, ἐαν τε φῆτε. Serranus vertit, probante Henrico Stephano: *Seu tu & Anytus id vel negetis vel fateamini.* Inde & in Lexicographis & Grammaticis eadem loquendi ratio occurrit, vt in illo Phrynici: Δεξαμένην φασὶ Πλάτωνα ὅτι τῆς κολυμβήτρας εἰσηκέναι· ἐγὼ δὲ ὃ φημι. Vertit quidem id Nunnesius nonnihil ambigue, *quod ego non affirmo:* sed in notis clarius scribit vere Phrynicum falsa esse dicere, quæ hic de Platone traduntur. Præterea hanc eandem vim horum esse verborum, etiam cum aliis vocibus interpositis disiunguntur, patet ex illo Demosthenis aduersus Leptin. τὰς προγόνας ὀργίζεσθε ἐαν μή τις φῇ ποιεῖν. *Irascimini si quis dicat maiores vestros ista non fecisse,* aut *neget eos fecisse.* Ita ergo ὃ φημι significat *dico non,* vel *nego:* vt φημὶ non tantum generaliter *dico,* sed sæpe etiam specialiter *affirmo:* quin & specialius *iubeo* significet, vt infra c. XXXII. & si his addere recentiora libet, in Græca formula iuris, φημὶ, κελεύω τῇ ἐμῇ πίστει, *fide iubeo.* Βασιλικῶν lib. XXVI. tit. I. §. 8. vide & Instit. Iustinian. l. III. tit. *de fideiussorib.* §. 7. Addit tamen Henricus Stephanus, quod non monuerat Budæus, esse locos, in quibus non satis commode vti possis *negandi* verbo; vt in illo Thucyd. οὐκ ἔφη αὐτὸς ἀλλ' ἐκεῖνον πραττεῖν. Item alio Sophoclis: εἴτε μὴ σὺ φῆς ἔβ' ἕτερος. *Siue tu non permittas, siue alius.* Et geminatum illud Nostri cap. XXXII. ἐαν μὴ φράσωσι, simplicissime vertitur: *si non dicerent,* vel *indicarent.* Hæc cum ita se habeant, quæreret

reret aliquis, an eodem modo, quo exempla ab initio allata, reddi debeat illud Apoſtoli Iohannis, Epiſt. I. c. V, 16. ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ. vt ſenſus ſit: *pro illo dico vt non oret* quis. (multi vertunt: *pro illo non dico vt oret.*) Certe a genio linguæ Græcæ hæc interpretatio non abhorret; quod iam allata exempla, & plurima alia in autoribus paſſim obuia, oſtendunt. Offendere quidem poſſit, ſi iſta οὐ λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ, reſoluas in hanc formam, λέγω ἵνα οὔ. vulgo enim dicitur ἵνα μή. Sed tali analyſi minus eſt opus. Itaque in hunc ſenſum locum Apoſtoli præſtantiſſimi Theologi explicant: quos vero certum eſt nolle, in re ambigua, ſecus ſentientibus talium autoritatem ſcriptorum opponere; quando de analogia doctrinæ ſacræ aliunde aliquid colligi poteſt, & loquendi formulæ aliter atque aliter ſe habent.

1. Ἀδύνατον ἐφαθῆναι ζῶον ἑτέρου ἑτέρᾳ. *Fieri non poteſt vt animal diuerſi generis aliud amet.*) Diſquiri non immerito poſſet, quid veri hæc habeant, vel ſecus; niſi id egrederetur modum huius inſtituti.

2. οὐκ ἄν δέ. *Non enim.*) ita verſio. Dicit autor primum, taurum boui ligneæ miſceri non potuiſſe: deinde ne quidem mulieri in ea latenti. Id enim vult particula ἤ ante γυνή, niſi quod & ſæpe τὸ λεονάζει. quomodo ab initio non inepte legeretur οὐδ' ἄν ἠνέχετο.

Ἡδύνατο γυνή.) Repetitur hic ex propinquo vox γυνή, quod quidem non omnino exemplo, neceſſitate tamen caret, hoc quidem loco.

Ἔχοι

Ἔχον γε κέρατα. *Habentem cornua.*) Vide, an ratio sit per se satis valida.

3. Ὑπὸ Πρόκριδος τοῦ Πανδίωνος. *A Pandionis Procride*) Consentit cum melioris notæ codicibus & autoribus Msc. ὑπὸ τῆς Πρόκριδος, *a Procride.*

Νεανίας ἐυειδὴς, ὀνόματι Ταῦρος. *Iuuenis formosus, nomine Taurus.*) Seruius ad Æneid. VI. Minois scribam; alii belli ducem fuisse affirmant. Videatur Voss. Theol. Gent. l. I. c. 13.

Γεννᾷ παῖδα. *Puerum parit.*) Plutarch. Sympos. III. quæst. 4. de mulieribus loquens, λήγουσι τίκτουσαι πολὺ πρότερον ἢ γεννῶντες οἱ ἄνδρες. Γεννᾷν viris, τίκτειν mulieribus proprium fecit. Hoc tamen a Poëtis frequenter & de maribus dicitur, & illud passim de mulieribus. In Euangelio Lucæ cap. I. v. 13. legimus. Ἡ γυνή σου Ἐλισάβετ γεννήσει υἱόν σοι. *pariet tibi filium.* Latinæ linguæ autores vetustiores de viris *pariendi* pro *gignendi* voce vsi sunt; & Plautus quidem non semel Comœd. XXVII.

8. Παρὰ τὸν ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ ταῦρος τιμωρήσαιτο.) Familiaris quidem Græcis repetitio nominis proprii, sed huic dissimilis. vid. c. XXVI.

9. Εἰς τὴν εἱρκτήν. *In carcerem*) Labyrinthum scilicet. Apollod. de orig. Deor. lib. III. & Hygin. Fab. XLII. De hoc præter alios lege Panciroll. de reb. memorab. part. I. tit. 32. subiectosque Salmuthi commentarios.

Ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον. *Minotaurum interemit.*) Tauro quidem illi nomen erat; sed Minotaurum appella-

pellabant homines, quia militabat Minoi. Alii Pasiphaën geminos enixam tradunt, Androgeum ex Minoë, Taurum ex Tauro. Huic autem hæsisse nomen vtriusque patris, & Minois & Tauri. conf. Tzetzen chil. I. hist. XIX. Secundum Nostrum dici videtur Minotaurus quasi Μίνωος ταῦρος, ἤγουν ὁ τοῦ Μίνωος καταιγμός. Tzetzes l. cit. βοαίθρωπον appellat; Ouid. lib. I. de arte, simpliciter

Semibouemque virum, semiuirumque bouem.

Simplicius epist. Heroid. in Ariadn. *parte virum, parte bouem.*

CAP. III.

Κεφ. γ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΚΤΑΙΩΝΟΣ.

Φασὶν Ἀκταίωνα ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν καταξεωθῆναι. Τοῦτο δέ ἐστι ψευδές. κύων γὰρ τὸν δεσπότην μάλιστα φιλεῖ, ἄλλως τε καὶ θηρευτικὰ πάντας ἀνθρώπους αἰνέσαι. ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι Ἀρτέμιδος αὐτὸν μεταβαλλούσης εἰς ἔλαφον ἀπέκτειναν τινες. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ Ἄρτεμιν ἃ δύναται ὃ θέλει ποιῆσαι. ἃ μέντοι δὲ ἀληθὲς ἔλαφον ἐξ ἀνδρὸς γενέσθαι, ἢ ἐξ ἐλάφου ἄνδρα. πρὸς δὲ μύθους τούτους συνέθεσαν οἱ ποιηταί, ἵνα οἱ ἀκροώμενοι μὴ ὑβρίζωσιν εἰς τὸ θεῖον. Τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει. Ἀκταίων ἄνθρωπος ἦν τὸ γένος Ἀρκάς, φιλόκυνηγος.

CAP. III.

DE ACTÆONE.

Dicunt, a propriis canibus Actæona deuoratum. Id vero falsum est. Canis siquidem dominum quam maxime amat, præsertim venatici, qui omnibus adblandiuntur. Alii ferunt, ipsum, prius in ceruum a Diana commutatum, a canibus dilaniatum esse. Mea vero sententia, non quod vult potest Diana; neque vero simile est, ceruum ex homine factum fuisse, vel ex ceruo hominem. Fabulas autem huiusmodi contexuerunt Poëtæ, vt qui illas audiunt, non adficerent contumelia diuinum Numen. Sed veritas hæc est. Actæon vir erat genere Arcadius, canum amator & venatio-

a πάσαι. b κύνες. c ὑβρίζοιεν. d Ἄρκας.

ξτος ἔτρεφε κύνας πολλὰς, καὶ ἐθήρευεν ἐν τοῖς ὄρεσι. τὰ δὲ ἀγαθὰ πράγματα ἠμέλει. οἱ γὰρ τότε ἀνθρωποι ἀυτουργοὶ πάντες ἦσαν. οἰκέτας δὲ εἶχον ὐ δ' ὅλως, ἀλλ' ἕ αὐτοὶ ἐγεώργουν. καὶ ὅτ' ἦν πλουσιώτατος, ὃς ἐγεώργει, καὶ ἐργασικώτατος ὑπῆρχε. Τῷ δὲ Ἀκταίωνι ἀμελοῦντι τῶν οἰκείων, μᾶλλον δὲ κυνηγετοῦντι, διεφθάρη ὁ βίος. ὅτε δὲ ὐκέτι εἶχεν ὐδὲν, ἔλεγον αὐτῷ οἱ ἄνθρωποι· δειλὲ Ἀκταίων, ὡς ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν κατεδρώθης. ἐπιπίπτει καὶ νῦν πορνοβόσκων δυσυχήσεις εἰώθασι λέγειν, ὅτι ὑπὸ τῶν πορνῶν κατεδρώθη. Τοιοῦτον γ f περὶ τὸν Ἀκταίωνα γέγονεν.

tionis; indeque ſemper multos alens, atque in montibus venationi deditus, rem interea domeſticam prorſus negligebat. Quippe tum temporis pro ſe homines opus peragere, ſeruos omnino non habere, ſed ipſi agriculturæ operam dare; atque ille quidem ditiſſimus haberi, qui agrum coleret, & audiret laborioſiſſimus. Actæoni vero nihil curanti res domeſticas, ſed venationibus magis intento, facultas viuendi defecit. At cum iam nihil eſſet ipſi reliquum, dicebant paſſim: Miſer Actæon, qui a propriis canibus es comeſtus. Haud aliter, ac lenonem infelicem ſolent vocare, quod a meretricibus conſumtus ſit. Ac tale quid obuenit Actæoni.

NO-

e αὐτοὶ ἑαυτοῖς. f τὸ περὶ τὸν Ἀκταίωνα.

NOTÆ
AD CAP. III.

Περὶ Ἀκταίωνος. *De Actæone.*) Cum toto hoc capite conferri poteſt ſequens cap. IV. de Diomede, & cap. XXVI. de Glauco. Fulgentius lib. III. Mythol. ait, eum omiſſa venatione amorem canum deponere non potuiſſe. Aluiſſe itaque magna impenſa canes, nulli rei vtiles. De ſecretis & odiis Principum ἀλληγορικῶς hæc explicat Bacon. de Verulam. lib. de Sap. Vet. c. X.

ο. Ἄλλως τε καὶ αἱ θηρευτικαὶ πάντας ἀνθρώπους σαίνουσι. *Præſertim venatici, qui omnibus adblandiuntur.*) Planius, vt videtur, & ſine magna mutatione; ἄλλως τε ἡ θηρευτικὴ, αἱ πάντας ἀνθρώπους σαίνουσαι. Actæoni autem canes non tantum mares erant, ſed & fœminæ; quæ pariendo, gregem canum, & impenſas Domini augebant. Nomina earum magno numero recenſet Hyginus Fab. CLXXXI. Confer Nat. Com. lib. VI. Mythol. cap. 14. qui hac in re Palæphatum, & qui eiusdem ſententiæ ſunt, alios ridet. *Non enim*, inquit, *conſilium fuit antiquis, poſteros a venatione retrahere.* Imo vero, non potuerunt non improbare nimium venationis ſtudium; quod magnis ſumtibus, & maiore quam opus eſt frequentia, rei familiari, eiusque curæ plurimum obeſt.

1. Ἀνείλόν τινες.) Mſc. Conſtantinop. ἀνεῖλον κύνες. Et ita citra ſcrupulum legi debet. De ipſa loquendi forma vide indicem in voce *Ellipſis.*

4. Οἰκέτας εἶχον οὐδ' ὅλως, ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐγεώργων. *Seruos omnino non habere, ſed ipſi agricultura operam dare.*) De αὐτουργίᾳ veterum loquitur etiam ſeq. cap. IV. Quidquid autem ſit de eo, quod dicit priſcos homines laboraſſe manu, vel ſeruis caruiſſe; certum eſt, eos agricultura valde eſſe delectatos; quod omnis æui teſtatur hiſtoria.

5. Ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν κατεβρώθης. *A propriis canibus es comeſtus.*) Quinquaginta canibus venaticis ſtipatum veniſſe, cum in Dianam incideret, ſcribit Apollodorus lib. III. Biblioth. Confer Hygin. Fab. CLXXXI. qui locus multiplici mendo vix vacat.

6. Πορνοβόσκων δυσυχήσεις. *Lenonem infelicem &c.*) Quia locus hic integer non eſt, legere mauult Cl. Tellius, πορνοβόσκου δυσυχῆ. Qui volet, minore mutatione legere poterit: πορνοβόσκον δυσυχήσειν. *lenonem omnem mox infortunium habiturum.* vel adhuc propius, allegata ipſa prouerbii formula: πορνοβοσκῶν δυσυχήσεις, *Meretrices alens infelix eris.* Quo pacto ſequentia iam non hominum miſerantium Actæona, ſed autoris verba ſunt, reddentis cauſam, cur tali formula olim vſi ſint homines. Cui non placet loquentes quaſi perſonas mutare, poterit parua admodum mutatione legere: πορνοβοσκῶν δυσυχήσεις, εἰώθασι λέγειν, ὅτι ὑπὸ τῶν πορνῶν κατεβρώθης. ſicut ſupra autor introduxit homines Actæonem alloquentes. Poſſet quoque in tertia perſona legi: πορνοβοσκῶν δυσυχήσει ὁ. ὑ. τ. π. κατεβρώθη. *Qui meretrices alit infelix erit; quoniam a meretricibus exeſus*

exesus est, consumta jam ab illis omni eius substantia. Ὃς ποιμαίνει πόρνας, ἀπολεῖ πλοῦτον, vt Salomonis prouerbium cap. XXIX. 3. reddiderunt LXX. interpretes. A meretricibus homines consumi aliter intelligi potest secundum Siraciden cap. XIX. 2. 3. Ὁ κολλώμενος πόρναις --- σῆτες καὶ σκώληκες κληρονομήσουσιν αὐτόν. Hoc est, interprete Drusio: *Qui adhæret scortis -- tineæ & vermes hæredes ejus erunt.* De sequentibus consule, si placet, eundem Drusium in notis. Plura in hanc rem, & his grauiora, exstant in iisdem Prouerbiis cap. II. V. VI. VII. IX. XXII. XXIII. & passim alibi.

Κεφ. δ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΝΘΡΩΠΟΦΑΓΩΝ ἵππων Διομήδους.

Περὶ τῶν Διομήδους ἵππων φασὶν, ὅτι ἀνθρώπους κατήθιον. Τοῦτο δὲ γελοῖον. Τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο κριθῇ καὶ χόρτῳ ἥδεται μᾶλλον ἢ κρέασιν ἀνθρωπίνοις. ἡ δὲ ἀλήθεια ἥδε. τῶν παλαιῶν ἀνθρώπων ὄντων αὐτουργῶν, καὶ τροφὴν καὶ οὐσίαν πλείστην κεκτημένων, ἅτε τὴν γῆν ἐργαζομένων· ἱππατροφεῖν τε ἐπελάβετο, ἐμέλει τούτοις ἵπποις ἥδετο, ἕως ἅπαντα τὰ αὑτοῦ ἀπώλεσε, καὶ πάντα πωλῶν κατηνάλωσεν εἰς τὴν τῶν ἵππων τροφήν. οἱ ὂν φίλοι τοὺς ἵππους ἀνθρωφάγους ὠνόμασαν. ὃ γενόμενον παρῆχθη ὁ μῦθος.

CAP. IV.

DE HOMINIVORIS equis Diomedis.

Narrant, hominibus paſtos fuiſſe equos Diomedis. Sed illud perquam ridiculum. Animal enim huiusmodi hordeo & fœno magis delectatur, quam humanis carnibus. Ita autem ſe habet veritas. Cum antiqui illi omnes eſſent operarii, & victu, cæterisque id genus opibus, abundarent, vt qui terram ipſi colerent; equos cœpit alere Diomedes, quibus tantiſper gaudebat, donec omnia perdidit, & diuendita in equorum alimentum conſumſit. Amici proinde equos appellabant hominiuoros. Atque hinc fabula originem duxit.

NO-

NOTÆ
AD CAP. IV.

Ἀνθρώπους κατήθιον. *Hominibus pasti.*) Vide not. ad cap. XXVI. Quin & ipsum Diomedem ab Hercule captum, & his iisdem obiectum equis narrat Diodorus lib. IV. cap. 2. Porro totam hanc fabulam alii exponunt de filiabus Diomedis, turpissimæ deditis libidini. Cum iis congredi coactos hospites Diomedes ipse interfecit. Inde illæ a libidine equæ, a parricidio patris, quod earum causa perpetrauit, hominiuoræ appellatæ sunt. Ἵππους autem fuisse ait Noster, & cum eo alii plures; inter quos Apollodorus lib. II. Biblioth. quem aliquis tradere existimaret, equas non equos fuisse. Ὀγδόῳ, inquit, ἆθλῳ (τῷ Ἡρακλέους) τὰς Διομήδους τοῦ Θρᾳκὸς Ἵππους εἰς Μυκήνας κομίζειν. Atque in sequentibus similiter. Et Noster cap. XLI. de Hercule, Ἦκεν ἄγων τὰς Διομήδας Ἵππους. Adde Herodot. Polymn. siue lib. VII. cap. 196. Equas forte potius, quam equos fuisse dicere visum fuit, quia fœcundiore quam expediebat partu stabula Domini replebant. Neque tamen me fugit, Græcos & fœminina voce vti, cum de equis masculis est sermo. Theocritus Idyll. 2. de Hippomane

—— —— τῷ δ' ἀπὸ πάσας
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα, καὶ θοαὶ ἵπποι.

Dores autem id facere tradit vir incomparabilis Cl. Salmasius in exercitationibus Plinianis, ad Solin.

cap. XLV. p. m. 940. b. *Dores*, ſcribit, τὴν ἵππον & τὴν πῶλον dicunt de maſculo equorum genere; vt & τὴν ἔλαφον. *Contra*, ſubiicit, *Græcia communiter* τὸν ἵππον *appellat etiam equum fœminam, vt hoc loco Pauſanias.* (Locum huius ſcriptoris ex Eliac. poſter. vbi Hippomanis fit mentio, citauerat,) quod quidem huc non male quadrat. Loci, quem laudat, Pauſaniæ prima ita habent: οἱ ἵπποι οἱ ἄῤῥενες, ex qua loquendi forma, id quod ſupra dixerat, hoc loco colligendum. Inf. cap. XXIII. οἱ ἄῤῥενες παῖδες. Apud Homerum Odyſſ. N. 81. ἄρσενες ἵπποι, Strabon. lib. XI. p. m. 611. πέντε μυριάδες ἵππων θηλείων. & apud alios eiusmodi bene multa. Quæ omnia ab hac eadem pendent ratione. Varinus ἵππος ἐπ' ἀρσενικῶ καὶ θηλυκῶ ἀπλῶς. Frequentius tamen hic genus articuli indicium ſexus facit; vt ex multis eiusdem Strabonis, & aliorum multorum locis apparet: quæ allegare nihil attinet in re nota. Quæ autem de Doribus tradit Salmaſius, eadem & de aliis ſentire videas alios. Conferantur verſiones Pogii & Rhodomanni ad Diodori lib. IV. cap. 5. de hoc octauo Herculis labore. At Diomedis equos ſimpliciter nominat Plinius Nat. hiſt. lib. II. cap. 11. vt alios taceam.

CAP. V.

Κεφ. ε.

ΠΕΡΙ ΩΡΙΩΝΟΣ.

Διὸς, Ποσειδῶνος, καὶ Ἑρμοῦ παῖς. Ὑριεὺς Ποσειδῶνος, καὶ Ἀλκυόνης, μιᾶς τῶν Ἀτλαντίδων θυγατέρων, ᾠκει μὲν ἐν Ταναγρᾳ τῆς Βοιωτίας. Φιλοξενώτατος δὲ ὢν ἐδέξατό ποτε τοὺς Θεούς. Ζεὺς δὲ καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἑρμῆς ἐπιξενωθέντες αὐτῷ, καὶ φιλοφροσύνην ἀποδεξάμενοι, παρήνεσαν αἰτεῖν, ὅ,τι ἂν βούλοιτο. ὁ δὲ ἄτεκνος ὢν ἠτήσατο παῖδα. λαβόντες δὲ οἱ θεοὶ τὸ τοῦ ἱερευθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν, ἀπεσπέρμηναν εἰς αὐτό. καὶ κελεύσαντες κρύψαι κατὰ γῆν, καὶ μετὰ δέκα μῆνας ἀνελέσθαι. ὧν διελθόντων ἐγένετο ὁ Ὠρίων, ἅτε ὀνομασθεὶς διὰ τὸ οὐρῆσαι ὥσπερ τοὺς Θεούς. ἔπειτα κατ' εὐφημισμὸν,

CAP. V.

DE ORIONE.

0 Iouis, Neptuni, & Mercurii filius. Hyrieus Neptuni & Alcyones, vnius ex Atlantis filiabus Tanagre habitabat, ciuitate Bœotiæ; & cum esset hospitalissimus, Deos aliquando ædibus excepit. Hospitio vero coniuncti, eiusque benignitatem susciplentes Iupiter, Neptunus, & Mercurius, adhortati sunt, quidquid vellet, peteret. Ille vero prolis exsors, filium rogauit. Accepto autem immolati bouis corio, semen in illud Dii effudere; idque sub terra iusserunt abscondi, & decimum post mensem rursum eximi. Quibus elapsis natus est Vrion, ita dictus ab iniecto velut semine, Deorum lotio; deinde, boni ominis gratia, Orion. Venatione

Ωρίων. Συγκυνηγῶν δὲ ὄντος Ἀρτέμιδι, ἐπεχείρησεν αὐτῇ βιάσασθαι· ὀργισθεῖσα δὲ ἡ θεὸς, ἀνέδωκεν ἐκ τῆς γῆς σκορπίον, ὃς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν ἀστράγαλον, ἀπέκτεινε. Ζεὺς δὲ συμπαθήσας κατεστέρωσεν αὐτόν.

4 ne autem cum Diana ſe-ſe exercens, vim illi conatus eſt inferre : Sed irata Dea, produxit e terra ſcorpionem, qui illum, percuſſo talo, interemit. At commiſeratus Iupiter, inter ſidera Orionem collocauit.

NOTÆ
AD CAP. V.

Περὶ Ωρίωνος. *De Orione.*) Videtur initio huius capitis aliquid deeſſe. Præterea deeſt hic explicatio fabulæ, & ſolenne illud, ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει ὧδε· magis, credo, iniuria temporis, quam conſilio autoris (ſi quidem eam operi ſuo primitus inſeruit) vel illorum, qui eum in compendium redegerunt. Orion Princeps Tanagriæ in Bœotia fuit, (& Regis filium fuiſſe multi tradunt) vbi & eius monumentum, vt teſtatur Pauſanias in Bœoticis. Ouidius Faſt. lib. V. 247. ſeqq. huius patrem, vt hominem pauperem deſcribit, & fabulam ipſam latius narrat; cuius etiam Hyginus Poët. Aſtron. lib. II. Arat. Phœnom. de Orione, interpretes Pindari, aliique meminere. Quod ſi dicamus fuiſſe Principem, qui hoſpites acceperit Deos, id eſt, Principes alios; aut

aut viros magnos, ſed magnos potius quam bonos; per temulentiam vili aliquo corpore fœde abuſos: forſan non difficulter intelligi poteſt, quo vel per ſe tendat fabula, vel applicari non abſurde poſſit. niſi malis βύρσαν nomen mulieris fuiſſe proprium. Euſtath. ad Odyſſ. E. 274. & fabulam, & hoc Orionis etymon, non ſine ſtomacho reiicit; motus haut dubie eadem cauſa, qua Ouidius citato loco

—— *pudor eſt*, ait, *vlteriora loqui.*

Οἱ ἀνθρωπίνως, inquit Euſtathius, ἐτυμολογοῦντες τὴν μὲν βύρσαν καὶ τὸ δαιμόνιον οὔρημα -- μυσάττονται, ὡς ἐχρῆν. Et Orioni, vt heroi præclaro, alios deberi natales contendit ad Iliad. Σ. p. m. 1212. Deriuat autem ille vocem παρὰ τὸ ὥρα, ὅπερ ἐστὶν εὐμορφία, & mox aliter atque aliter huius nominis ἔτυμον tractat. Cum quibus conferri poſſunt, quæ ſcribit ad locum allegatum Iliad. Σ. Strabo Geogr. lib. X. ab Oreo monte, in quo enutritus fuit, nomen tuliſſe putat. Qui ad Philoſophiam hæc reuocant, ſub inuolucro huius fabulæ doctrinam Phyſicam latere tradunt. Per pellem tauri, mare intelligunt; quod ob murmur impetumque tauro comparatur. Vnde & hanc maris proprietatem facit Phurnutus, ſpec. de nat. Deor. vbi de Neptuno agit. Iupiter illis aër eſt: Neptunus ſpiritus per aquam diffuſus. Vis Apollinis, ſiue Phœbi, vapores in ſublime attollit. Inde gignitur Orion, id eſt, materia, vnde venti, pluuiæ, & tonitrua ortum habent. Talia enim ſub ortum Orionis frequenter eueniunt. Dicitur porro Orion a ſcorpione, quem irata Diana excitauerat, interfectus.

Ni-

Nimirum quia oppoſitum in cœlo ſidus habet ſcorpionis, quo oriente occidit, nec vnquam ſimul cum illo in eodem eſt hemiſphærio. Orionem Dianæ vim inferre voluiſſe fert fabula, quia Orionis tempeſtates & pluuiæ officiunt venationi, cui præeſſe magna cum oblectatione olim dicebatur Diana.

9. Φιλοξενώτατος δὲ ὑπεδέξατό ποτε τὰς Θεάς. *Cum eſſet hoſpitaliſſimus, Deos aliquando ædibus excepit.*) Re quidem ipſa memorabilius, & in immenſum auguſtius; quoad verba tamen, aliqua ex parte, his ſimile illud Apoſtoli ad Hebr. XIII. 2. Διὰ τῆς φιλοξενίας ἔλαθόν τινες ξενίσαντες τὰς ἀγγέλους.

1. Ἐπιξενωθέντες.) Toll. *hoſpitio coniuncti.* Phaſin. *hoſpitio ſuſcepti.* Dicit Deos, eodem exceptos hoſpitio, liberalitate hominis delectatos eſſe.

Καὶ Φιλοφροσύνην.) Allegari hæc eadem ex Euphorione ſolent, inde ab initio ſententiæ, τρεῖς Ποσειδῶνος. &c. atque ita quidem, vt ante vocem Φιλοφροσύνην legatur articulus τὴν, & pro ὑποδεξάμενος, ἀποδεξάμενος. Haud dubie melius. Error autem hic natus videtur ex ſuperiore ὑποδέξατο; quod cum in recenti memoria eſſet librario, ſimul hoc loco in calamum venit.

2. Ἱερεύσαντος αὐτοῖς βοός. *Immolati bouis.*) Per hanc enim eandem occaſionem, quo facilius voti compos fieret, bouem immolarat, appoſueratque inter epulas. Hygin. Aſtron. Poët. l. cit.

4. Δία

3. Διὰ τὸ ἀρῆσαι ὥσπερ τὰς Θεάς.) ita quidem & Scholiastes Homeri hæc verba recitat. Tellius legere mauult: διὰ τὸ ἀρῆσαι ὡς σπέρμα τὰς Θεάς. Quid si legatur, διὰ τὸ ἀρῆσαί πως σπέρμα τὰς Θεάς. Supra enim dixit ἀπεσπέρμηναν.

Καὶ' εὐφημισμόν.) Toll. *boni ominis causa.* Phasin. *propter bonum nominis sonum.* Εὐφημισμὸς Grammaticis est; cum vox aliqua mali ominis, aut alioqui auribus ingrata, mutatur in aliam gratiorem. Hic autem facta mutatio nominis Vrion, ne ipse sonus vocis fœditatem facti, quo eum procreauerant obscœni Dii, in memoriam hominibus reuocaret.

4. Κατηστέρωσε. *Inter sidera collocauit.*) Auditor Atlantis Astrologi fuit Orion. inde appellatio eius ad sidera translata videtur. Paulus Marsus ad Ouid. Fast. lib. V. loc. supr. alleg.

CAP. VI.

Κεφ. ς.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΠΑΡτῶν γιγάντων.

Λέγεται ὡς ὁ Κάδμος, ὡς φασιν, ἀποκτείνας τὸν ἐν Λέρνῃ δράκοντα, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκλεξάμενος, ἔσπειρεν ἐν τῇ ἰδίᾳ γῇ. ἔπειτα ἐξεφύησαν [a] ἄνδρες τε καὶ ὅπλα. εἰ δὲ αὐτὸ ἦν ἀληθές, οὐδεὶν ἂν τῶν ἀνθρώπων ἔσπειρεν ἄλλοτι ἢ ὀδόντας [b] δρακόντων. Τὸ δὲ ἀληθὲς ὅτως ἔχει. Κάδμος τὸ γένος ἦν Φοίνιξ. [c] ἀφίκετο εἰς Θήβας, πρὸς τὸν ἀδελφὸν Φοίνικα, ἀμιλληθησόμενος περὶ τῆς βασιλείας, ἔχων ἄλλά τε πολλὰ, ὅσα βασιλεύς, ἀλλὰ δὴ καὶ ὀδόντας ἐλεφάντων. ἦν δὲ ὁ βασιλεὺς τῶν Θηβῶν Δράκων, Ἄρεως παῖς, ὃν ὁ Κάδμος ἀποκτείνας, ἐβασίλευσεν. οἱ δὲ φίλοι τοῦ Δράκοντος ἐπολέμων αὐτῷ. ἀνέσησαν δὲ

CAP. VI.

DE SEMINATIS Gigantibus.

Cadmum ferunt, cum occidiſſet in Lerna draconem, exemtos inde dentes in propria terra ſeminaſſe; atque poſtea natos hinc eſſe viros armatos. Illud autem ſi verum eſſet, nullus quidem hominum aliud conſeuit, quam draconum dentes. At rei veritas ſic ſe habet. Cadmus genere Phœnix, habens cum alia multa, qualia ſolet Rex, tum quoque dentes elephantum, Thebas iter moliebatur, cum fratre Phœnice de regno certaturus. Erat vero Thebarum Rex Dracon, Martis filius; quo interfecto, regnum Cadmus occupauit. Bellum autem cum ipſo geſſere quo-

[a] ἄνδρες ὁπλῖται. [b] ὀφέων. [c] τῷ γένει ἀνὴρ Φοίνιξ ἀφίκετο.

κατὰ d Κάδμον καὶ οἱ παῖδες τοῦ Δράκοντος. ἐπεὶ οὖν οἱ 3 φίλοι καὶ οἱ παῖδες ἥττους ἐγένοντο, ἁρπάσαντες τὰ χρήματα τοῦ Κάδμου, καὶ τοὺς ἐλεφαντίνους ὀδόντας, ἔφυγον ὅθεν ὡρμῶντο. ἄλ- 4 λοι δὲ ἀλλαχῇ διεσπάρησαν, οἱ μὲν εἰς τὴν Ἀττικὴν, οἱ δὲ εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἄλλοι δὲ εἰς Φωκίδα, ἕτεροι δὲ εἰς Λοκρίδα. ἀφ' 5 ὧν χωρῶν ἐρχόγενοι, ἐπολέμουν τοῖς Θηβαίοις, καὶ ἦσαν ἀργαλέοι πολεμισταί. ἐπεὶ 6 οὖν τοὺς ἐλεφαντίνους ὀδόντας, οὓς εἶχεν ὁ Κάδμος, ἁρπάσαντες ἔφυγον, ἔλεγον οἱ e Θηβαῖοι, ὅτι τοιαῦτα δεινὰ ὁ Κάδμος ἐπήγαγεν ἡμῖν, ἀποκτείνας τὸν Δράκοντα· ἐκ τῶν f ἐκείνου ὀδόντων πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες σπαρτοὶ πολεμοῦσιν ἡμῖν. Τούτου δὴ τοιούτου συμβάντος, ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

quos Draco habebat in amicos, & filii quoq; eius insurrexere in Cadmum; qui cum inferiores essent, direptis Cadmi opibus & dentibus elephantinis, domum se receperunt: alii alio dispersi sunt; hi quidem in Atticam, illi in Peloponnesum, in Phocida alii, alii in Locridem. Quibus e locis prodeuntes, bellum inferebant Thebanis, & graues erant præliatores. Postquam vero rapientes, quos habebat Cadmus, elephantinos dentes, effugissent, dicere Thebani; mala hæc sibi Cadmum intulisse, interfecto Dracone; cuius ex dentibus disseminati viri multi, & boni; bellum secum gererent. Hæc cum sic accidissent, fabula confi-cta est.

d Κάδμου. e πολῖται. f γὰρ.

NOTÆ

AD CAP. VI.

Περὶ σπαρτῶν γιγάντων. *De ſeminatis gigantibus.*) Pindaro σπαρτοὶ ἄναχτες dicuntur, & σπαρτοὶ ἄνδρες, *ſeminati Reges* & *viri ſeminati*, ſeu qui ſatu prouenerunt; quomodo eos & Noſter ſub finem fabulæ appellat. Videatur Ouid. lib. III. metam. v. 100. ſeqq. & interpp. ad lib. VII. de expeditione Argonautica; in qua draconis dentes ſeminauit Iaſon. Item Apollod. lib. III. Biblioth.

0. Ὡς φασιν.) aut his, aut duabus primis vocibus hoc loco non eſt opus.

Τὸν ἐν Λέρνῃ δράκοντα. *Draconem in Lerna.*) Latronem fuiſſe, aiunt Poëtarum interpretes, ad fontem iſtum habitantem, qui iam aliquot ex ſociis Cadmi interfecerat. Cuius milites disiecti, & a Cadmo ad obſequium reducti, locum fecerunt fabulæ de ſeminatis dentibus. Vt enim draco dentibus laniat, ita & hic per milites ſuos nocuit.

Ἄνδρες τε καὶ ὅπλα.) ad verbum *viri & arma*, id eſt, viri armati. Figura quam Grammatici ἓν διὰ δυοῖν appellant. Vbi una res ita ſignificatur vocibus duabus, vt res duæ aut plures ſolent. Iſocr. init. Euagoræ, χοροῖς καὶ μουσικῇ, *choris & muſica*, id eſt, vt interpretatur Wolfius, χοροῖς μουσικοῖς, *choris muſicis*. Et Latini: *maculis diſtinctus & albo*. Virg. Georg. III. *Pateris libamus & auro*, idem Georg. II. id eſt, albis maculis, pateris aureis. Et Æneid. I. *Molemque*

lemque & montes insuper altos Imposuit. Id est, molem montium, vel montes magnæ molis. & plura his gemina alia, etiam in sacris literis. Quod etsi plerisque obuium sit, ne tamen vel hac parte desim iunioribus, quibus hæc præcipue dicaui, liberandæ causa fidei allego eruditissimum Glassium, qui Philol. Sacr. lib. III. tract. 1. can. 6. plura in hanc rem exempla affert: ex quibus pauca annotasse tantum sufficiet. Gen. I. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, id est, ad imaginem egregie similem. Gen. XIX. 24. *pluit Iehouah sulphur & ignem*, id est, ignem sulphureum. Matth. III. 11. *baptizabit vos Spiritu Sancto & igne*, h. e. Spir. Sancto manifestante se in forma ignis, quod & factum legimus Act. II. 3. Act. XIV. 13. ἐνέγκας ταύρους καὶ στέμματα, *afferens tauros & coronas*, tantundem est, atque tauros afferens coronatos, siue vittatos. Citat etiam ex Jobo locum vnum & alterum: quibus esset forte qui adderet illum cap. X. 12. וחסד חיים *vitam & miserationem*, siue *vitam & beneficium*: pro *beneficium vitæ* fecisti aut tribuisti mihi. quod interpres Suedicus eadem expressisse videtur figura, per liif och wälgärning/ ex versione Lutheri: Leben und Wohlthat/ pro Wohlthat des Lebens. vt significetur, Deum contulisse Iobo, vt hominibus in vniuersum omnibus, primum vitam, deinde & ea, per quæ conseruatur illa & fouetur. His adde & eiusdem Glassii eodem tractatu Canonem XLII. Ita & Lingua Suedica, hyberno tempore, in domo calefacta dicitur esse gott och warmt/ pro god warma: contra æstate, in locis vnde arcentur

ſolis radii, gott och ſwalt / pro god ſwalka. Et in Litania, ſiue ſolenni ſupplicatione Eccleſiæ, för eld och wåda: id eſt, wådeld. Quanquam hoc poſterius alias & latius intelligi poſſit. Sed tum fere epitheton additur, vt in vulgato illo: för eld och allan wåda. Poterit, qui euidentius dictum putabit, addere id quod antecedit, förſåt och liſt / pro liſtige förſåt. Ex ſermone vulgari itidem in exempli vicem aſſumi poteſt illud, godt och rådeligit / item leöt och oroligit / pro godt råd / leö oro / & ſimiles formæ aliæ. Vt vero ad Græcos redeam, ſcribit Iſocrates in Panegyrico inter ea, quæ vitio vertebantur Athenienſibus, fuiſſe & τὰ περὶ τῶν δικῶν καὶ γραφῶν. Δίκας interpretatur doctiſſimus Wolfius cauſas & actiones priuatas, γραφὰς autem publicas. Quod quatenus ſit verum, deprehendet qui ad vſum autorum exiget. Ego viri me multo doctioris ſententiam nunc non excutio. Neque tamen eo abſurdus videri vellet, qui forte per hanc eandem, de qua dicere cœpi, figuram, iſta explicaret: vt δίκαι καὶ γραφαὶ, idem ſit atque αἱ γραφαὶ τῶν δικῶν, quæ verborum forma eſt apud Ariſtotelem Polit. VI. 8. Donatus ad Terent. Andr. Act. I. ſc. 4. contrariam huic figuram facit δύο δι ἑνός. *Sane pol illa temulenta eſt mulier*, inquit Comicus, *& temeraria: Nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem.* Duas res dixit, nec parientem, nec primo partu. Idem notat in illo Virgilii: *Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum Accolet.* Vide Henr. Stephanum, libello de abuſu linguæ Græcæ, p. m. 79.

1. Ἔστιν-

1. Ἔσπειρεν ἄλλο τι. *Aliud conſeuit.*) Quaſi diceret: ſi ita res ſe habet, priſci homines certe nihil aliud quam dentes ſerpentum ſeminauerunt. Aut, per familiarem Græcis Enallagen modorum, ſenſus eſſe poteſt: ſi hoc fieri potuit, nemo liberos quærens aliud quam dentes ſerpentum ſeminauerit, & liberorum abunde habebit.

Τὸ γένος ἦν φοίνιξ.) Tollius ἦν in ὧν mutat, nec male; præſertim ſi commate non puncto diſtinguas a ſequentibus. Et commodior eſt lectio, quam ex Mſc. appoſui.

Ὅσα βασιλεύς.) Plenius ὅσα ἔχειν εἰώθε βασιλεὺς, aut ὅσα vel οἷα εἰκὸς βασιλέα, omiſſo infinitiuo ἔχειν. Solet enim infinitiuus in talibus interdum omitti, vide Iſocr. Paneg. tranſitione ad bella Perſica. καλὰ μὲν δὴ καὶ ταῦτα &c. Legeret aliquis οἷα βασιλεύς, *utpote, quippe, Rex.* ſed & ὅσα *ſicut, tanquam,* & ſimilia interdum ſignificat.

6. Πολλοὶ δ' ἀγαθοί.) Omiſſa coniunctione, Latine reddi poſſet, *multi viri boni.* Inter illa enim adiectiua hæc particula non raro πλεονάζει. Πολλῶν δ' ἀγαθῶν αἰτία. *multorum bonorum cauſa.* Ælian. var. hiſt. II, 25. & ante oppoſitum adiectiuum abundare videtur apud eundem lib. cit. cap. 34. περὶ δ' ἵππος καὶ ἀπολαῦσαι καλῶς. Dixi *videtur.* Poſſet enim itidem videri ante infinitiuum abundare.

Κεφ. ζ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΦΙΓΓΟΣ.

Περὶ τῆς Καδμείας ο
ΣΦιγγὸς λέγουσιν, ὡς
θηρίον ἐγένετο, σῶμα μὲν
ἔχον ὡς κυνός, κεφαλὴν
δὲ καὶ πρόσωπον κόρης,
πτέρυγας ὄρνιθος, φωνὴν
δὲ ἀνθρώπου. καθεζο- 1
μένη δὲ ὄπι α ΣΦιγγίου
ὄρους, αἴνιγμά τι τῶν πο-
λιτῶν ἑκάστῳ b ἔλεγε, καὶ
τὸν μὴ εὑρόντα ἀνῄρει.
εὑρόντος δὲ τὸ Οἰδίποδος
τὸ αἴνιγμα, ῥίψασα ἑαυ-
τὴν ἀνεῖλεν. ἔστι δὲ ἄπιστος 2
καὶ ἀδύνατος ὁ λόγος. οὔ-
τε γὰρ ἰδέα τοιαύτη δύ-
ναται γενέσθαι. Τό, τε
τὰς τὰ αἰνίγματα μὴ
διαλύοντας, ὑπ' αὐτῆς
ἀποκτείνεσθαι, παιδαριώ-
δες. Τό, τε τὰς Καδ- 3
μοίους μὴ c κατατοξεῦ-
σαι τὸ θηρίον· ἀλλὰ
παρεῖναι τὰς πολίτας,
ὡς πολεμίους, κατεσθιομέ-
νους, μάταιον. ἔχει δὲ 4

CAP. VII.

DE SPHINGE.

Sphingem Cadmeam animal fuiſſe, perhibent, cui corpus quidem eſſet canis, caput vero & vultus puellæ, volucris alæ, & humana vox. Sphingium autem montem tenens, ænigma aliquod propoſuit ciuium vnicuique, & ſoluere neſcientem interimebat; at ſcrupum diſcutiente Oedipode, præceps facta ſibi ipſi mortem intulit. Sermo hic incredibilis eſt, quique fieri non potuit; neque enim forma talis vnquam nata; atque eos, qui ænigmata explicare non poterant, fuiſſe ab ea interfectos, puerile eſt. & Cadmeos feram iaculis non confixiſſe, ſed male ciues, tanquam hoſtes, viſſe comeſtos, ſtultum. Veri-

a Σφικίου. b ἤδεν. c κατατοξεῦσαι.

ἡ ἀλήθεια ὧδε. Κάδμος ἔχων γυναῖκα Ἀμαζονίδα, ᾗ ὄνομα Σφίγξ, ἦλθεν εἰς Θήβας, καὶ ἀποκτείνας τὸν Δράκοντα, τῷ τότε βασιλείαν παρέλαβε. μετὰ δὲ d τοῦτο τῷ ἀδελφῷ Δράκοντος, ᾗ ὄνομα Ἁρμονία. αἰσθομένη δὲ ἡ Σφίγξ ὅτι καὶ ἄλλην e ἔγημε, πείσασα τοὺς πολλοὺς τῶν πολιτῶν συναπαίρειν αὐτῇ, καὶ τῶν χρημάτων τὰ πλεῖστα ἁρπάσασα, καὶ τὸν ποδώκυν κύνα, ὃν ἦγε Κάδμος ἀγών, λαβοῦσα, μετὰ τούτων, ἀπῆρεν εἰς τὸ λεγόμενον ὄρος Σφιγγίον, ἀφ' ἑνὸς ἐπολέμει τῷ Κάδμῳ· ἐνέδρας δὲ πυκνὰς καθ' ἑκάστην ὥραν ἀνῄρει. καλοῦσι δὲ οἱ f Θηβαῖοι τὰς ἐνέδρας αἴνιγμα. ἐθρύλλουν δὲ οἱ πολῖται λέγοντες· Σφίγξ ἡμᾶς ἡ Ἀργεία, αἴνιγμά τι λέγουσα διαπαίζει. ἐξευρεῖν δὲ τὸ αἴνιγμα οὐδεὶς δύναται.

Veritas itaque hæc est. Cadmus vxorem habens Amazonida, cui nomen Sphinx, Thebas concessit, & Dracone interemto regnum huius occupauit, & postea sororem Draconis Harmoniam. Cum itaque resciuisset Sphinx, etiam aliam duxisse vxorem; adductis ad obsequium ciuium plurimis, magna opum vi subducta, ac celere illo cane, quem continuo secum habebat Cadmus, his omnibus instructa abiit in montē Sphingium, vnde bello Cadmum adorta est, & factis quotidie insidiis, Thebanorum multos oppressit. Vocare autem insidias illi solent ænigmata; ac proinde sermonibus hæc diuulgabant, dicentes: Argiua Sphinx, ænigma aliquod proponens, dilacerat nos; neque illud soluere

d μετὰ τοῦτο δὲ. e ἐπέγημε. f Καδμειοι.

Κηρύξαι ἢ ὁ Κάδμος, τῷ δώσειν χρήματα πολλά. ἐλθὼν δὲ ὁ Οἰδίπους, ἀνὴρ Κορίνθιος, τά τε πολεμικὰ ἀγαθὸς, ἵππον ποδώκυν, καί τινας λαῶν μεθ' ἑαυτὸν τῶν Καδμείων, νυκτὸς ἀπιὼν ἐπὶ τὸ ὄρος, ἀπέκτεινε τὴν Σφίγγα. Τούτων δὲ οὕτω συμβάντων, ὁ μῦθος ἐπλάσθη.

7 uere quisquam poteſt. Enunciari autem præconio iuſſit Cadmus, multam 8 ſe daturum pecuniam Sphingem occiſuro. Adueniens igitur vir Corinthius Oedipus, bellicis rebus inclytus, atque equum ſecum habens velocem, & Cadmeorum aliquos, Sphingem, noctu montem petens, confodit. Quibus ita geſtis, commode inſtituta fabula eſt.

NOTÆ
AD CAP. VII.

Θηρίον ἐγένετο. *Animal fuiſſe.*) Et quidem plus ſatis monſtroſum, vt fœdam ſpeciem autores varie deſcribunt. Compendio rem complexus eſt Natalis, Mythol. lib. IX. c. 18. Eſt & animans huius nominis, quod ad ſimias refert Solinus. Videatur etiam Diodorus Siculus lib. III. c. 3. item IV. c. 6. Plin. lib. VIII. c. 21. Barth. Merula ad Ouid. Triſt. lib. IV. eleg. 6.

1. Αἴνιγμά τι. *Ænigma quoddam.*) Quo nimirum quærebatur, quale in terris animal primum quadrupes, deinde bipes, poſtremo tripes eſſet. Explicatur

tur plerumque de homine; qui cum infans repit, quadrupedes imitari videtur: poſtea bipes incedit: in ſenectute adſciſcit, quaſi in vicem tertii pedis, ſcipionem, ſiue τρίτην προσλαμβάνει βάσιν τὸ βάκτρον, ut loquitur Apollod. de origine Deorum l. III. Apud Athenæum lib. III. Anaxilas quidam ad meretrices applicat. Verba ita habent:

Σφίγγα Θηβαῖαι δὲ πάσας ἐπὶ ταὶς πόρναις καλεῖν,
Αἱ λαλοῦσ' ἁπλῶς μὲν οὐδέν, ἀλλ' αἰνίγμασί πως,
Ὡς ἐρῶσι, καὶ φιλοῦσι, καὶ σύνεισιν ἡδέως.
Εἶτα φασὶ, παιδίσκη δίφρος, τετράπους μοι γένοιτο
Σκίμπους, ἢ θρόνος, εἶτα δὲ τρίπους ἅς.

Ait, eas non verbis apertis, ſed ænigmatibus vel ambagibus vti: dicereque quam ament, quam diligant & conſueſcant lubentes. Mox opus ſibi eſſe bipede ancilla, poſtea quadrupede lecto vel ſedili; & tandem aheno tripode. Addit deinde, vt eas alii euadant, alii ſecus. Apud eundem, lib. IV. cap. 15. Sphinx, quanquam minus explicate, aſſentationi comparatur. Cum his componi poſſunt illa Salmuthi ad Guidonis Panciroll. rer. memorab. part. I. tit. 32. Spinoſius fabulam Sphingis de Scientia explicare videtur Verulamius, cap. XXIIX. Contra Cebes Thebanus in tabula, de amentia vel ſtultitia: Alciatus in emblematibus de ignorantia interpretatur. Adeo verum eſt, vulgo quod dici ſolet, verſatile eſſe fabularum,

& in omnem allegoriarum varietatem fœcundum ingenium.

1. Εὑρόντ@ τὸν Οἰδίποδ@ τὸ αἴνιγμα.) νῦν τὴν λύσιν τοῦ αἰνίγματ@.

2. Τό, τε.) Et ſequens periodus ab iisdem particulis incipit. Cap. XXIIX. Τὸ δὲ, & mox τό, τε.

3. Κατατοξεῦσαι.) Rectius legeretur κατατοξεύεσθαι aut κατατετοξεῦσθαι, vel ſi turbet ſignificatio & genus verbi, κατατοξεῦσαι, quam lectionem & Mſc. confirmare video.

4. Ἔχων γυναῖκα. *Vxorem habens.*) Perhibent alii, prædatricem fuiſſe, latrociniis ad montem Phiceum nobilem. Per ænigmata autem, fere ſicut Noſter, intelligunt locorum, in quibus latuere inſidiæ, omnibus ante Oedipum inſuperabiles difficultates. Conſer Thomam Farnabium ad Thebaidem Senecæ verſ. 120.

Μετὰ δέ.) Mſc. μετὰ τοῦτο δὲ τὴν ἀδελφήν. &c. infr. cap. XIV. μετὰ δὲ χρόνον.

Καὶ τὴν ἀδελφὴν Δρακόντ@. *Et poſtea ſororem Draconis.*) Repete ex prioribus παρέλαβε. ideoque non male in verſione latina Phaſinianus: *Poſthæc & Draconis ſororem, cui Harmonia nomen erat, cepit.* Vox latina *occupauit*, qua vtitur Tollius, non perinde vtrique orationis membro aptari poſſe videtur, atque Græca παρέλαβε.

5. Ἔγημε.) Mſc. ἐπέγημε, & ſignificantius.

Πείσασα. *Perſuadens.*) adducens ad obſequium. Phaſinian. *Sibi perſuadens multos ciues ſe abeuntem ſe-*

ſecuturos eſſe. Quaſi vero non poſſent, imo deberent iſta, πείσασα τὰς πολλὰς, tranſitiue, vt loquimur, intelligi atque explicari.

Τὰς πολλὰς τῶν πολιτῶν.) Non commode, credo, hæc de vulgo, ſeu tota plebe acceperis. An ergo ſcriptum fuit πείσασα πολλὰς τῶν πολιτῶν?

Συναπαίρειν) proprium prorſus huic loco vocabulum.

Ὃν ἦκε κάδμος ἄγων.) Phaſ. *Quem Cadmus habebat.* Tollius magis commode: *Quem continue ſecum habebat.* id eſt, quoties veniebat, hunc ſecum duxit.

Καθ' ἑκάστην ὥραν.) Tollius *quotidie* vertit. Et ὥραν non tantum pro tempore & parte temporis, ſed etiam pro ἡμέρᾳ ſiue die poni vulgo traditur ex Galeno. Ex Platone autem (quod propius huc ſpectat) affertur, καθ' ἑκάστας ὥρας, pro *iugiter.*

Ἀνήρει) Tollius ſupplendæ ſententiæ addit, *Thebanorum multos.* Phaſin. *plures homines.*

6. Καλοῦσιν οἱ Θηβαῖοι τὴν ἐνέδραν αἴνιγμα.) ὅτι οἱ λοχῶντες βάλονται κρύπτεσθαι καὶ λανθάνειν, ὡς εἰ καὶ ἐν σκότῳ αὐτῷ ἦσαν. *Quia qui inſidiantur, abſcondi & latere cupiunt, perinde ac ſi profundis in tenebris eſſent.* ſiue latebras tenebroſas amant. Euſtath. ad Odyſſ. ξ. 508. vbi Palæphatum, & hunc eius locum allegat.

Λέγεσα.) an πιθοῦσα? id enim rectius quadrat ad αἰνίγματος ſignificationem Thebanam. Et Mſc. αἰνιγμά τι ὑφισμένη. Neque tamen multum repugna-

pugnauerim, ſi quis contendat, aliquid peculiare eſſe quod ferat hæc loquendi forma. Et potuerunt in voce ambigua ludere Thebani; aut per εὐφημισμὸν quaſi verbo vti congruente ſignificationi αἰνίγματος vulgatiori; ſenſum tamen ſibi proprium ſeruare. De Sphinge plura legi poſſunt apud interpp. Poëtarum. Eurip. Phœniſſ. Sophocl. Oedip. Tyran. Heſiod. Theogon. item Auſon. & Stat. lib. 2. Theb. & Suidam.

Κεφ. η.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΩΠΕΚΟΣ.

Φασὶ περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος, ὡς ἁρπάζουσα τὸς Καδμείους κατήθιεν. ἔστι δ' ἔυηθες· οὐ γὰρ ἄλλο τι ζῶον, ὃ δύναται ἁρπάσαι ἄνθρωπον, οὐ φέρειν, χερσαῖον ὄν. ἀλώπηξ δ', μικρὸν θηρίον, καὶ ἀσθενές. ἐγένετο δέ τι τοιοῦτον. ἀνὴρ Θηβαῖος καλὸς κἀγαθὸς, ἐκαλεῖτο Ἀλώπηξ, ὃς ἦν πανοῦργος. ἔτος συνέσει πάντας ἀνθρώπους ἐνίκα. δεδιὼς δὴ ὁ βασιλεὺς, μὴ ἐπιβουλεύσῃ αὐτῷ, ἐξε-

CAP. VIII.

DE VVLPE.

Vulpem, vti ferunt, Teumeſſiam abreptos Cadmeos deuoraſſe, eſt ſane ſtolidum; cum nullum ſit animal terreſtre, quod rapere hominem poſſit, & ferre: vulpes autem parua beſtia eſt, & imbecillis. At vero tale quid factum eſt. Erat inter Thebanos vir forma egregia, præſtans ac bonus, Vulpes nomine, qui verſutus plane, omnes ingenio exſuperabat. Veritus autem

tem

λάυνει αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως. συναγαγὼν δὲ a ἐκεῖ πολὺν στρατὸν, καὶ ἄλλους μισθοφόρους, τὸν καλούμενον λόφον Τευμήσιον κατέλαβεν. ὅθεν ἐκπηδῶν, ἐσύλα τοὺς Θηβαίους. ἔλεγον δὲ οἱ ἄνθρωποι, Ἀλώπηξ ἡμᾶς κατατρέχων ὑποχωρεῖ. ἀφικνεῖται δὲ ἀνὴρ Κέφαλος ὀνόματι, τὸ γένος Ἀθηναῖος, πολὺν ἔχων στρατὸν, ἐπίκουρος τοῖς Θηβαίοις. οὗτος τόν τε Ἀλώπεκα ἀπέκτεινε, καὶ τὸν στρατὸν ἐξήλασεν ἐκ τοῦ τόπου.

tem Rex, ne quid ad-
3 uersum se moliretur, ci-
uitate illum eiecit. At
is conflato grandi exer-
citu, & mercenariis a-
liis, collem occupauit
Teumesium; vnde pro-
siliens Thebanos de-
prædabatur. Dixere ve-
ro homines, vulpem ad
4 se excursiones facere, &
retro cedere. Cepha-
lus postea Atheniensis
cum grandi exercitu au-
xilio venit Thebanis,
qui & Vulpem interfe-
cit, eiusque exercitum
loco expulit.

NOTÆ

a ἐκεῖνος.

NOTÆ

AD CAP. VIII.

Τελμησίας.) Rectius Τευμησίας. Meminit eius Pollux Onomaſt. lib. V. c. 5. β. Apud Strabonem lib. IX. ex Antimacho, Τευμησσὸς ὀλίγ@ λόφ@ *Teumeſſus parvus collis.* lib. XIV. Τελμισσὸς πολίχνη Λυκίων, ἡ Τελμισσὸς ἄκρα, λιμένα ἔχουσα. *Telmiſſus oppidum Lyciorum, & Telmiſſus promontorium, portum habens.* Heſych. Τευμήσσος ὄρ@ Βοιωτίας. Τευμησία ἡ ἐπὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκ@, οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες, ἰκμαὶ εἰρήκασι. Vide & Tollium ad hunc locum.

Οὐ γὰρ ἄλλο τι ζῶον. *Cum nullum ſit animal.*) vt ſupra ſcripſi, mihi iam conſilium non eſt, quid veri hæc talia habeant expendere.

1. Παντῶργος. *Verſutus.*) Et idem tamen καλὸς καὶ ἀγαθὸς, *præſtans & bonus.* Scilicet τὸ παντῶργος vocabulum medium eſt. Suidas: παντῶργος λέγεται καὶ ὁ πάνυ φρόνιμος, καὶ πάντα ὀπτάμενος. *Verſutos eos appello*, ait Cicero, III. de nat. Deor. *quorum celeriter mens verſatur.* Chœroboſcus περὶ τὰς ζήτησ. ſub finem, τὸ παντῶργ@ ἐπὶ φρονίμων λαμβανόμενον πρότερον, βλασφημεῖται νῦν.

2. Μισθοφόρους. *Mercenarios.*) Opponit eos τῷ στρατῷ, ſiue iis, quos obſequium magis & cauſa, quam merces ad arma vocauit. Hos enim non ſimpliciter στρατὸν, ſed ὀθνεῖον στρατὸν appellat cap. XXXIX.

Hero-

Herodianus lib. III. cap. I. de Rege Parthorum loquens, quem auxilia rogauit Niger, μισθοφόρους καὶ τὸ συνεστὸς στρατιωτικὸν opposuit. ἐπιστελεῖν ἔφη τοῖς Σατράπαις, inquit, δύναμιν ἀθροίζειν. οὕτω γὰρ εἴωθεν, ὁπηνίκα ἂ δεηθῇ στρατὸν συλλέγειν, τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνεστὸς στρατιωτικόν. Politianus postrema verba reddit, *mercenarios milites & ordinarios exercitus*. Aliter lib. II. c. 2. de Augusto. Ἰταλιώτας τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε, φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς προβάλετο, μισθοφόρους ἐπὶ ῥητοῖς σιτηρεσίοις στρατιώτας καταστησάμενος. Quæ idem politissimus interpres ita conuertit: *Arma Italis detraxit; milites tantum quosdam certis autoramentis mercenarios habuit.* Multa huius generis tum alibi occurrunt, tum in libro XIV. Diodori Siculi.

3. Λόφον Τευμήσιον. *Collem Teumesium.*) Collis huius nomen a primitiuo Τευμησσὸς deriuandum.

4. Κέφαλος ὀνόματι. *Nomine Cephalus.*) de hoc vide Arat. Phænom. & Hygin. Astron. Poët. lib. II.

(o)

CAP. IX.

Κεφ. θ.

ΠΕΡΙ ΝΙΟΒΗΣ.

Φασὶν, ὡς ἡ Νιόβη ζῶσα, ὁ λίθος ἐγένετο ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. ὃς μὲν οὖν πείθεται ἐκ λίθου γενέσθαι ἄνθρωπον, ἢ ἐξ ἀνθρώπων λίθον, εὐήθης ἐστί. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Νιόβη ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην, ἔστησεν ἐπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. καὶ ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτὴν, οἵα καὶ ὁ λέγεται.

CAP. IX.

DE NIOBE.

Nioben, memorant, dum viueret, ad filiorum tumulum in lapidem conuersam esse. Qui vero credit, hominem ex lapide, aut vicissim lapidem ex hominibus posse fieri, næ ille insulsus est. At rei veritas hæc. Niobe, fato ereptis liberis, statuam sibi lapideam confici iussit, & filiorum sepulcro imponi; quam nos ipsimet vidimus talem, qualis etiam esse narratur.

* * *

NOTÆ

a γυνή. b ὥσπερ.

NOTÆ
AD CAP. IX.

Νιόβη. *Niobe.*) Multis aucta liberis (Ælianum vide Var. XII. 36.) Latona se fœcundiorem iactauit. Hæc igitur irata, filiis eius per Apollinem & Dianam maturauit necem. Hygin. Fab. IX. Apollod. Biblioth. lib. III. Ouid. metam. lib. VI. 147. Allegoriam facit Alciatus in emblem. de mulierum potentiorum impotentia animi, superbia, duritia mentis, & implacabili capitalium odiorum pertinacia.

2. Ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων.) videntur hæc ita sibi constare, vt mutatione non sit opus; nisi quis malit pro ἑαυτῆς legere αὐτῆς.

Κεφ. ι.

ΠΕΡΙ ΛΥΓΚΕΩΣ.

Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα τοῦτο δὲ ψεῦδος. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. a Λυγκεὺς πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν χαλκὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ λοιπά· καὶ δὲ τῇ μεταλλεύσει λύχνους b μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τοὺς μὲν

CAP. X.

DE LYNCEO.

Lynceum illa, quæ sub terra sunt, visu penetrasse, falsum omnino arbitror. Ipsa autem veritas sic habet. Primus hic æs, argentum, & reliqua metalla inquirere occepit, inque ea indagatione lucernas secum sub terram portauit, quas qui-

F

a οὗτος. b καταφέρων.

κατέλιπεν ὁ ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε, τὸ χαλκὸν, καὶ τὸ σιδηρον. ἔλεγον ἂν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι Λυγκεὺς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ, καὶ καταδύνων, ἀργύριον περιφέρει.

quidem ibi reliquit, ipse interim omne æs, ferrumque extulit. Narrare itaque homines: Lynceus etiam in terræ penetralibus recondita conſpicit; atque ea ſubiens, aufert argentum.

NOTÆ
AD CAP. X.

Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα.) pro λέγουσιν, ὡς ὁ Λυγκεύς. ſimili forma cap. XI. Καινέα φασί. &c. & Cap. XII. ἡ γαὶρ ἐκεῖνόν φασι. &c. Ita videas autores quosdam ἀντιπλώσει, ἀναπολέθω, & id genus formis aliis non tantum vti, ſed etiam delectari. De cætero aliunde famam acuti in Lynceo viſus arceſſit Plinius l. II. c. 17. aliunde Philoſtratus Icon. lib. II. de Glauco Pontio. Conſentit cum noſtro Hyginus Fab. XIV.

1. Πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν. *Primus metalla inquirere occepit.*) Confer Plin. lib. VII. c. 56. Polyd. Virgil l. II. c. 19. & Alexandr. Sard. Ferrar. de rerum inuentor. lib. II. Operæ vero fuerit pretium his addere Voſſium Theol. Gentil. lib. I. cap. 16. de Vulcano; quem eundem eſſe affirmat cum Tubalcain, ad cuius tempora inuenti iam ferri & æris mentionem facit Moſes Gen. IV. 22. vt Vulcanus familiari

ὁ ἐπὶ τῷ πόπῳ.

liari mutatione literarum, cuius exempla subiicit Vossius, dictus sit pro Tubalcanus, a Tubalcain. Primam ferri inuentionem etiam Palæphatus retulit ad Vulcanum, si recte se habet alterum, quod huic opusculo subnexum est, fragmentum.

Λύχνος μεταφέρων.) Mſc. καλαφέρων.

2. Ὀρᾶ.) Satis est commate hæc distingui.

Περιφέρει.) Forte melius legeris ἀναφέρει, *in medium profert.*

Κεφ. ια.

ΠΕΡΙ ΚΑΙΝΕΩΣ.

Καινέα φασὶν, ὅτι ἄτρωτος ἦν· ὃς δ' ἀπολαμβάνει ἄτρωτον ὑπὸ σιδήρου ἄνθρωπον, εὐήθης ἐστίν. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει ὅτως. Καινεὺς ἦν Θετταλὸς τῷ γένει, ἀγαθὸς τὰ πολεμικὰ καὶ ἔμπειρος μάχεσθαι. γρόμφῳ δὲ ἐν πολλαῖς μάχαις, οὐδέποτε ἐτρώθη. ὅτε Λαπίθαις συμμαχῶν πρὸς [b] τοὺς Κενταύρους, ἀπέθανεν, ἀλλὰ συλλα-

CAP. XI.

DE CÆNEO.

Dicunt, Cæneum inuulnerabilem fuisse. Hominem vero ferro lædi non posse qui existimat, sane perquam fatuus est. Sed verum ita est: Cæneum genere Thessalum, bello strenuum & scientissimum pugnarum, etiamsi multis interfuisset præliis, nunquam ferro percussum esse; etiam nec eo tempore, quo aduersus Centauros præsidio veniisset La-

F 2

[a] ἀνήρ. [b] τὰς Κενταύρους.

ξόντες αὐτὸν μόνον κατέχωσαν, καὶ ὕτως ἐτελεύτησεν. ἔλεγον οὖν οἱ Λαπίθαι, ἀνελόμενοι τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, καὶ εὑρόντες μὴ πεπερωμένον τὸ σῶμα, Καινεὺς τόν γε ἄλλον βίον ἄτρωτος ἦν, καὶ ἀπέθανεν ἄτρωτος.

Lapithis, cecidiſſe; ſed ab illis comprehenſum iniecta terra, finiiſſe vitam. Reperto igitur illæſo corpore, prædicarunt Lapithæ, Cæneum, vt tota quidem vita nullo fuiſſet ferro penetrabilis, ſic quoque intactum obiiſſe.

NOTÆ
AD CAP. XI.

Ἄτρωτον ὑπὸ σιδήρου. *Ferro læsi non posse.*) ὑπὸ interdum notionem habet inſtrumenti & organi, quo aliquid perficitur. Heſiod. ἔργ. 329.

Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίη μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ὑπὸ γλώσσης λαΐζεται - - -

Aut lingua, inquit, *ſpoliarit*, id eſt, calumniis & obtrectationibus damnum dederit. Porro veteres fabulæ eos ferro violari non poſſe ferebant, qui bello acres, a præliis ſemper, illæſo corpore, victores reuertebantur. Legatur elegans fabula apud Ælian. Var. hiſt. lib. III. 18. Achilles ſolum talum vulnerabilem habuiſſe dicitur. Hygin. Fab. CVII. Aiax latere tantum vulnerari potuit, ſecundum vulgatam fabulam. vide Euſtath. ad Iliad. τ. 20. & Pindar. Iſthm. od. 6. De Cæneo autem legatur Phlegon Trallianus de reb. memorab. cap. V.

1. Πρὸς

1. Πρὸς τ̃ Κενταύρων. *Aduerſus Centauros.*) πρὸς ſecundo iunctim caſui etiam *contra* ſignificat, vt in illo Dionyſ. Halicarnaſ. πρὸς ἐχθρὸν ἀπιφέρων τὴν ψῆφον. *Contra inimicum ferens ſuffragium.* Quia tamen vſitatius dicitur μάχεσθ ἢ πολεμεῖν τινι πρός τινα, altera lectio iuuentuti magis obſeruanda eſt.

Κεφ. ιβ. ΠΕΡΙ ΚΥΚΝΟΥ.

Ὁ αὐτὸς λόγ@ καὶ περὶ Κύκνου ἔ ἐν Κολωναις. καὶ γὰ ἐκεῖνόν φασιν, ὅτι ἄτρωτ@ λῶ. καὶ αὐτὸς λῶ αἰχμητὴς, καὶ ὁπλήμων μάχης. ἐν δὲ Τροίᾳ ὑπ' Ἀχιλλέως λίθῳ πληγεὶς, οὐκ ἐτρώθη. ἔλεγον γ̃ οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες τὸν νεκρὸν αὐτ̃, ὅτι ἄτρωτ@ λῶ κ̀ αὐτός. ὅτω καὶ ἐκεῖν@ ἄτρωτ@ ἐκλήθη. καταγορεῖ δὲ τ̃τ ἔ λόγ, καὶ ἐμοὶ συμμαρτυρεῖ Αἴας ὁ Τελαμώνι@. καὶ γὰρ ὁ κἀκεῖν@ ἐλέγετο ἄτρωτος,

CAP. XII. DE CYGNO.

IDem ille ſermo fertur de Cycno illo Colonæo, fuiſſe ſcilicet & ipſum inuulnerabilem. Sed & hic egregius bellator, rerumque militarium peritus in Troia aliquando ab Achille lapide tactus eſt, nec vulneratus tamen. Propterea, qui cadauer reperirent integrum, etiam ipſum fuiſſe inuulnerabilem narrabant. Atque ita dictus is inuulnerabilis. Sed enim hunc ſermonem retundit, ac mihi patrocinatur Aiax Telamonius; qui & ipſe inuulnerabilis audiit, licet

ὁ ἐκεῖνος.

ἀναιρεθεὶς ξίφει ὑφ' ἑαυτοῦ. — cet ſibi ipſi ferro vitam ademerit.

NOTÆ
AD CAP. XII.

Καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασι.) vide not. ad cap. X. Ὅτι ἄτρωτος ἦν. *Inuulnerabilem fuiſſe.*) vide not. ad cap. ſuperius. Hic præterea Martis filius dicitur Hygino fab. XXXI. & CLIX.

1. Ὅτι ἄτρωτος ἦν ὁ αὐτός.) Duas poſtremas voces Mſc. omittit.

3. Ἀναιρεθεὶς ξίφει ὑφ' ἑαυτοῦ.) Idem hic cum excuſis conſentit, nec vt Tollianus codex habet ἐφ' ἑαυτοῦ, quod mihi hic quidem minus probatur.

Κεφ. ιγ. CAP. XIII.

ΠΕΡΙ ΔΑΙΔΑΛΟΥ ΚΑΙ ΙΚΑΡΙΟΥ. α
DE DÆDALO ET ICARO.

Φασὶν, ὅτι Μίνως Δαίδαλον καὶ Ἴκαρον καθείρξε διά τινα αἰτίαν, υἱὸς αὐτοῦ ὄντας. Δαίδαλος δὲ ποιήσας πτέρυγας ἑαυτῷ, b ἐξῆλθε μετὰ τοῦ Ἰκάρου. νοήσαντι δὲ, ἄνθρωπον πτόμενον

Aiunt, a Minoe Dædalum, & Icarum, filium eius, ob delictum aliquod, carceri mancipatum; Dædalumque adpoſitis alis euolaſſe vna cum Icaro. Fieri autem non poteſt, vt quis homi-

a Ἰκάρου. b ἐξέπτη.

νον c ἀμήχανον, καὶ τοῦτο πτέρυγας ἔχοντα ὑποθετάς. τὸ οὖν λεγόμενον ἦν τοιοῦτον. Δαίδαλος ὢν ἐν εἱρκτῇ, καθεὶς ἑαυτὸν διὰ θυρίδος, καὶ σκαφίοις ἐμβὰς, εἰς θάλασσαν d ἔπλεεν. αἰσθόμενος δὲ ὁ Μίνως, πέμπει πλοῖα διώξοντα. ὡς ἤσθοντο δὲ Ἴκαρός τε καὶ Δαίδαλος διωκόμενοι, ἀνέμου λάβρου καὶ σφοδροῦ ὄντος, πετώμενοι, ἤγουν πλέοντες, ἐν τῷ πελάγει περιτρέπονται. e ὁ μὲν Δαίδαλος σώζεται εἰς τὴν γῆν· ὁ δὲ Ἴκαρος τελευτᾷ ἐν τῷ πελάγει. ὅθεν ἀπ' ἐκείνου Ἰκάριον πέλαγος ἐκλήθη. ἐκβληθεὶς δὲ ὁ Ἴκαρος ὑπὸ τῶν κυμάτων, παρὰ τὸν πατρὸς ἐτάφη.

minem præsumat volasse, & quidem factitias habentem alas. Huiusmodi ergo fuit, quod refertur. Cum in custodia detineretur Dædalus, clam per fenestram sese demittens, adscensa scapha mare ingrediebatur; quod vbi animaduertisset Minos, naues misit insecuturas: sed vbi a Dædalo Icaroque fuere cogitæ, vento vehementi, atque impetuoso, quasi volantes, in mari huc illuc circumferuntur; & Dædalus quidem saluus terram attigit, sed vitam in mari finiit Icarus; atque eius de nomine Icarium pelagus nuncupatum. Postea vero a fluctibus eiectus, sepulcro iuxta patrem mandatus est.

c ἀδύνατον, d ἀπίει. e διαφθείρεται.

NOTÆ

AD CAP. VIII.

Τελμησίας.) Rectius Τευμησίας. Meminit eius Pollux Onomaſt. lib. V. c. 5. β. Apud Strabonem lib. IX. ex Antimacho, Τευμησσὸς ὀλίγη λόφη *Teumeſſus parvus collis.* lib. XIV. Τελμισσὸς πολίχνη Λυκίων, ἡ Τελμισσὸς ἄκρα, λιμένα ἔχουσα. *Telmiſſus oppidum Lyciorum, & Telmiſſus promotorium, portum habens.* Heſych. Τευμησσὸς ὄρη Βοιωτίας. Τευμησία περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος· οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες, ἱκανὰ εἰρήκασι. Vide & Tollium ad hunc locum.

Οὐ γὰρ ἄλλο τι ζῶον. *Cum nullum ſit animal.*) vt ſupra ſcripſi, mihi iam conſilium non eſt, quid veri hæc talia habeant expendere.

1. Παν̃ργος. *Verſutus.*) Et idem tamen καλὸς καὶ ἀγαθὸς, *præſtans & bonus.* Scilicet τὸ παν̃ργος vocabulum medium eſt. Suidas: παν̃ργος λέγεται καὶ ὁ πάνυ φρόνιμος, καὶ πάντα ὑπερτίμφος. *Verſutos eos appello*, ait Cicero, III. de nat. Deor. *quorum celeriter mens verſatur.* Chœroboſcus περὶ τὰς ζήτησ. ſub finem, τὸ παν̃ργος ἐπὶ φρονίμων λαμβανόμενον πρότερον, βλασφημεῖται νῦν.

2. Μισθοφόρους. *Mercenarios.*) Opponit eos τῷ σρατῷ, ſiue iis, quos obſequium magis & cauſa, quam merces ad arma vocauit. Hos enim non ſimpliciter στρατὸν, ſed ὀθνεῖον στρατὸν appellat cap. XXXIX.

Hero-

Herodianus lib. III. cap. I. de Rege Parthorum loquens, quem auxilia rogauit Niger, μισθοφόρος καὶ τὸ συνεχὸς στρατιωτικὸν oppoſuit. Ὀπτελεῖν ἔφη τοῖς Σατράπαις, inquit, δύναμιν ἀθροίζειν. ὅτι γὰρ εἴωθεν, ὁπηνίκα ἂν δεηθῇ στρατὸν συλλέγειν, τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρος καὶ συνεχὸς στρατιωτικόν. Politianus poſtrema verba reddit, *mercenarios milites & ordinarios exercitus.* Aliter lib. II. c. 2. de Auguſto. Ἰταλιώτας τῶν ὅπλων ἐγύμνωσε, φρούρια δὲ καὶ στρατόπεδα τῆς ἀρχῆς περιβάλετο, μισθοφόρος ὅτι μὴ τοῖς σπανιστάτοις στρατιώτας καταστησάμενος. Quæ idem politiſſimus interpres ita conuertit: *Arma Italis detraxit; milites tantum quosdam certis autoramentis mercenarios habuit.* Multa huius generis tum alibi occurrunt, tum in libro XIV. Diodori Siculi.

3. Λόφον Τευμήσιον. *Collem Teumeſium.*) Collis huius nomen a primitiuo Τευμησσὸς deriuandum.

4. Κέφαλος ὀνόματι. *Nomine Cephalus.*) de hoc vide Arat. Phænom. & Hygin. Aſtron. Poët. lib. II.

(O)

CAP. IX.

Κεφ. θ.

ΠΕΡΙ ΝΙΟΒΗΣ.

Φασὶν, ὡς ἀ Νιόβη ζῶσα, ὁ λίθος ἐγένετο ἀπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. ὅς τις δὲ πείθεται ἐκ λίθου γενέσθαι ἄνθρωπον, ἢ ἐξ ἀνθρώπων λίθον, εὐήθης ἔστι. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. Νιόβη ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων, ποιήσασα ἑαυτῇ εἰκόνα λιθίνην, ἔστησεν ἀπὶ τῷ τύμβῳ τῶν παίδων. ἣν ἡμεῖς ἐθεασάμεθα αὐτὴν, οἵα καὶ ᵇ λέγεται.

CAP. IX.

DE NIOBE.

Nioben, memorant, dum viueret, ad filiorum tumulum in lapidem conuersam esse. Qui vero credit, hominem ex lapide, aut vicissim lapidem ex hominibus posse fieri, næ ille insulsus est. At rei veritas hæc. Niobe, fato ereptis liberis, statuam sibi lapideam confici iussit, & filiorum sepulcro imponi; quam nos ipsimet vidimus talem, qualis etiam esse narratur.

* * *

NOTÆ

ᵃ γυνή. ᵇ ὥσπερ.

NOTÆ
AD CAP. IX.

Νιόβη. *Niobe.*) Multis aucta liberis (Ælianum vide Var. XII. 36.) Latona se fœcundiorem iactauit. Hæc igitur irata, filiis eius per Apollinem & Dianam maturauit necem. Hygin. Fab. IX. Apollod. Biblioth. lib. III. Ouid. metam. lib. VI. 147. Allegoriam facit Alciatus in emblem. de mulierum potentiorum impotentia animi, superbia, duritia mentis, & implacabili capitalium odiorum pertinacia.

2. Ἀποθανόντων τῶν ἑαυτῆς παίδων.) videntur hæc ita sibi constare, vt mutatione non sit opus; nisi quis malit pro ἑαυτῆς legere αὐτῆς.

Κεφ. ι.

ΠΕΡΙ ΛΥΓΚΕΩΣ.

Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα τοῦτο δὲ ψεῦδος. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. a Λυγκεὺς πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν χαλκὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ τὰ λοιπά· καὶ δὲ τῇ μεταλλεύσει λύχνους b μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τοὺς μὲν

CAP. X.

DE LYNCEO.

Lynceum illa, quæ sub terra sunt, visu penetrasse, falsum omnino arbitror. Ipsa autem veritas sic habet. Primus hic æs, argentum, & reliqua metalla inquirere occepit, inque ea indagatione lucernas secum sub terram portauit, quas qui-

a οὗτος. b καταφέρων.

κατέλιπεν ς ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε, τ̃ χαλκὸν, καὶ τ̃ σίδηρον. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρω- 2 ποι, ὅτι Λυγκεὺς καὶ τεὶ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ, καὶ καταδύνων, ἀργύριον περιφέρει.

quidem ibi reliquit, ipse interim omne æs, ferrumque extulit. Narrare itaque homines: Lynceus etiam in terræ penetralibus recondita conspicit; atque ea subiens, aufert argentum.

NOTÆ
AD CAP. X.

Λυγκέα λέγουσιν, ὡς τὰ ὑπὸ γῆν ἑώρα.) pro λέγουσιν, ὡς ὁ Λυγκεύς. simili forma cap. XI. Καινέα φασί. &c. & Cap. XII. καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασι. &c. Ita videas autores quosdam ἀντιπτώσει, ἀνακολούθῳ, & id genus formis aliis non tantum vti, sed etiam delectari. De cætero aliunde famam acuti in Lynceo visus arcessit Plinius l. II. c. 17. aliunde Philostratus Icon. lib. II. de Glauco Pontio. Consentit cum nostro Hyginus Fab. XIV.

1. Πρῶτος ἤρξατο μεταλλεύειν. *Primus metalla inquirere occepit.*) Confer Plin. lib. VII. c. 56. Polyd. Virgil l. II. c. 19. & Alexandr. Sard. Ferrar. de rerum inuentor. lib. II. Operæ vero fuerit pretium his addere Vossium Theol. Gentil. lib. I. cap. 16. de Vulcano; quem eundem esse affirmat cum Tubalcain, ad cuius tempora inuenti iam ferri & æris mentionem facit Moses Gen. IV. 22. vt Vulcanus familiari

ς ἐπὶ τοῦ τόπου.

liari mutatione literarum, cuius exempla subiicit Vossius, dictus sit pro Tubalcanus, a Tubalcain. Primam ferri inuentionem etiam Palæphatus retulit ad Vulcanum, si recte se habet alterum, quod huic opusculo subnexum est, fragmentum.

Λύχνους μεταφέρων.) Msc. καταφέρων.

2. Ὁρᾷ.) Satis est commate hæc distingui.

Περιφέρει.) Forte melius legeris παραφέρει, *in medium profert.*

Κεφ. ια.

ΠΕΡΙ ΚΑΙΝΕΩΣ.

Καινέα φασὶν, ὅτι ἄτρωτος ἦν· ὃς δ' ἐπολαμβάνει ἄτρωτον ἀπὸ σιδήρου ἄνθρωπον, εὐήθης ἐστίν. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει οὕτως. a Καινεὺς ἦν Θετταλὸς τῷ γένει, ἀγαθὸς τὰ πολεμικὰ καὶ ἐπιστήμων τοῦ μάχεσθαι. γενόμενος δὲ ἐν πολλαῖς μάχαις, οὐδέποτε ἐτρώθη. οὔτε λαπίθαις συμμαχῶν πρὸς b τῶν Κενταύρων, ἀπέθανεν, ἀλλὰ συλλα-

CAP. XI.

DE CÆNEO.

0 Dicunt, Cæneum inuulnerabilem fuisse. Hominem vero ferro lædi non posse qui existimat, sane perquam fatuus est. 1 Sed verum ita est: Cæneum genere Thessalum, bello strenuum & scientissimum pugnarum, etiamsi multis interfuisset præliis, nunquam ferro percussum esse; etiam nec eo tempore, quo aduersus Centauros præsidio venisset La-

a ἀνήρ. b τοὺς Κενταύρους.

βόντες αὐτὸν μόνον κατέχωσαν, καὶ οὕτως ἐτελεύτησεν. ἔλεγον οὖν οἱ 3 Λαπίθαι, ἀνελόμενοι τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, καὶ εὑρόντες μὴ τετρωμένον τὸ σῶμα, Καινεὺς τόν γε ἄλλον βίον ἄτρωτος ἦν, καὶ ἀπέθανεν ἄτρωτος.

Lapithis, cecidisse; sed ab illis comprehensum iniecta terra, finiisse vitam. Reperto igitur illæso corpore, prædicarunt Lapithæ, Cæneum, vt tota quidem vita nullo fuisset ferro penetrabilis, sic quoque intactum obiisse.

NOTÆ
AD CAP. XI.

Ἄτρωτον ἀπὸ σιδήρου. *Ferro lædi non posse.*) ἀπὸ interdum notionem habet instrumenti & organi, quo aliquid perficitur. Hesiod. ἔργ. 329.

Εἰ γάρ τις καὶ χερσὶ βίη μέγαν ὄλβον ἕληται,
Ἢ ὅγ' ἀπὸ γλώσσης ληΐζεται - - -

Aut lingua, inquit, *spoliarit*, id est, calumniis & obtrectationibus damnum dederit. Porro veteres fabulæ eos ferro violari non posse ferebant, qui bello acres, a præliis semper, illæso corpore, victores reuertebantur. Legatur elegans fabula apud Ælian. Var. hist. lib. III. 18. Achilles solum talum vulnerabilem habuisse dicitur. Hygin. Fab. CVII. Aiax latere tantum vulnerari potuit, secundum vulgatam fabulam. vide Eustath. ad Iliad. Υ. 20. & Pindar. Isthm. od. 6. De Cæneo autem legatur Phlegon Trallianus de reb. memorab. cap. V.

1. Πρὸς

1. Πρὸς τ̃ Κενταύρων. *Aduersus Centauros.*) πρὸς secundo iunctim casui etiam *contra* significat, vt in illo Dionys. Halicarnass. πρὸς ἐχθρὸν ἀποφέρων τὴν ψῆφον. *Contra inimicum ferens suffragium.* Quia tamen vsitatius dicitur μάχεσθ ἢ πολεμεῖν τινι πρός τινα, altera lectio iuuentuti magis obseruanda est.

Κεφ. ιβ. ΠΕΡΙ ΚΥΚΝΟΥ.

Ὁ αὐτὸς λόγ◎ καὶ περὶ Κύκνου ἔ ἐν Κολωναις. καὶ γὸ ἐκεῖνόν φασιν, ὅτι ἄτρωτ◎ λῶ. καὶ αὐτὸς λῶ αἰχμητὴς, καὶ ἀπιστήμων μάχης. ἐν δὲ Τροίᾳ ὑπ' Ἀχιλλέως λίθῳ πληγεὶς, οὐκ ἐτρώθη. ἔλεγον ἄν οἱ ἄνθρωποι, ὁρῶντες τὸν νεκρὸν αὐτ̃, ὅτι ἄτρωτ◎ λῶ κ̀ αὐτός. ὥτω κἀκεῖν◎ ἄτρωτ◎ ἐκλήθη. κατηγορεῖ δὲ τ̀τ̃ ἔ λόγ̃, καὶ ἐμοὶ συμμαρτυρεῖ Αἴας ὁ Τελαμώνι◎. καὶ γὰρ κἀκεῖν◎ ἐλέγετο ἄτρωτος,

1 O Idem ille sermo fertur de Cycno illo Colonæo, fuisse scilicet & ipsum inuulnerabilem. Sed & hic egregius bellator, rerumque militarium peritus in Troia aliquando ab Achille lapide tactus est, nec vulneratus tamen. Propterea, qui cadauer reperirent integrum, etiam ipsum fuisse inuulnerabilem narrabant. 2 Atque ita dictus is inuulnerabilis. 3 Sed enim hunc sermonem retundit, ac mihi patrocinatur Aiax Telamonius; qui & ipse inuulnerabilis audiit, licet

a ἐκεῖνος.

ἀναιρεθεὶς ξίφει ὑφ' ἑαυτοῦ. cet ſibi ipſi ferro vitam ademerit.

NOTÆ
AD CAP. XII.

Καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασι.) vide not. ad cap. X. Ὅτι ἄτρωτος ἦν. *Inuulnerabilem fuiſſe.*) vide not. ad cap. ſuperius. Hic præterea Martis filius dicitur Hygino fab. XXXI. & CLIX.

1. Ὅτι ἄτρωτος ἦν ὁ αὐτός.) Duas poſtremas voces Mſc. omittit.

3. Ἀναιρεθεὶς ξίφει ὑφ' ἑαυτοῦ.) Idem hic cum excuſis conſentit, nec vt Tollianus codex habet ἐφ' ἑαυτοῦ, quod mihi hic quidem minus probatur.

Κεφ. ιγ. CAP. XIII.

ΠΕΡΙ ΔΑΙΔΑΛΟΥ καὶ Ἰκαρίωνος. α
DE DÆDALO ET ICARO.

Φασὶν, ὅτι Μίνως Δαίδαλον καὶ Ἴκαρον καθεῖρξε διά τινα αἰτίαν, υἱὸς αὐτοῦ ὄντας. Δαίδαλος δὲ ποιήσας πτέρυγας κηρόθετας, ἐξῆλθε μετὰ τοῦ Ἰκάρου. νοήσας δὲ, ἄνθρωπον πτόμε-

Aiunt, a Minoe Dædalum, & Icarum, filium eius, ob delictum aliquod, carceri mancipatum; Dædalumque adpoſitis alis euolaſſe vna cum Icaro. Fieri autem non poteſt, vt quis homi-

α Ἰκάρου. b ἐξέπτη.

νον c ἀμήχανον, καὶ τοῦτο πτέρυγας ἔχοντα ὑποθετάς. τὸ οὖν λεγόμενον ὧδε τοιοῦτον. Δαίδαλος ὢν ἐν εἱρκτῇ, καθεὶς ἑαυτὸν διὰ θυρίδος, καὶ σκαφίδι ἐμβὰς, εἰς θάλασσαν d ἔπλεεν. αἰσθόμενος δὲ ὁ Μίνως, πέμπει πλοῖα διώξοντα. ὡς ἤσθοντο δὲ Ἴκαρός τε καὶ Δαίδαλος διωκόμενοι, ἀνέμου λάβρου καὶ σφοδροῦ ὄντος, πτερώμενοι, ἤγουν πλέοντες, ἐν τῷ πελάγει περιτρέπονται. ὁ μὲν Δαίδαλος τοῦ ζεται εἰς τὴν γῆν· ὁ δὲ Ἴκαρος e τελευτᾷ ἐν τῷ πελάγει. ὅθεν ἀπ' ἐκείνου Ἰκάριον πέλαγος ἐκλήθη. ἐκβληθεὶς δὲ ὁ Ἴκαρος ὑπὸ τῶν κυμάτων, παρὰ τὸν πατρὸς ἐτάφη.

minem præsumat volasse, & quidem factitias habentem alas. Huiusmodi ergo fuit, quod refertur. Cum in custodia detineretur Dædalus, clam per fenestram sese demittens, adscensa scapha mare ingrediebatur; quod vbi animaduertisset Minos, naues misit insecuturas: sed vbi a Dædalo Icaroque fuere cogitæ, vento vehementi, atque impetuoso, quasi volantes, in mari huc illuc circumferuntur; & Dædalus quidem saluus terram attigit, sed vitam in mari finiit Icarus; atque eius de nomine Icarium pelagus nuncupatum. Postea vero a fluctibus eiectus, sepulcro iuxta patrem mandatus est.

c ἀδύνατον. d ἀπίει. e διαφθείρεται.

NOTÆ
AD CAP. XIII.

Περὶ Ἰκαρίων &c. *De Icaro.*) Mſc. Ἰκάρου, & ita vulgo. Apollodorus Biblioth. lib. I. & III. in poſteris Cynortæ & Perieris meminit Icarionis & Icarii, quem Tibullus lib. IV. ad Meſſalam, & Propertius lib. II. Icarum appellant. Vt vel hinc conſtet, harum appellationum aliam pro alia interdum poni ſolitam. Alius autem Icarius, de quo Hyginus Fab. CXXX. & alii. Σωφρόνιον autem vulgatum hoc eſt, tenendam eſſe in omni vita viam mediam, vt ne quid nimis; nec minus tamen, quam poſtulat viri boni & ſapientis officium. Vide interpp. Ouid. ad metam. lib. VIII. 103. ſeqq. Verulam. cap. XXVII. & alios paſſim.

Διά τινα αἰτίαν. *Ob delictum aliquod.*) vel cauſam. Quia bouem ligneam fabricatus erat. Vel quia in eius domo Taurus cum Paſiphaë concubuerat. Vide not. ad cap. II. & Ouid. de arte lib. II. Lucianus Dialog. de Aſtrol. de calido nimis & infelici Aſtronomiæ ſtudio interpretatur: Alciatus in Emblem. de præſidentibus Aſtrologorum prædictionibus.

Τινὲς αὐτὸν ὄντα.) Eſt hoc contra fidem hiſtoriæ. Dædalus enim, Eupalami filius, Icari erat pater. Itaque dubium eſſe non poteſt, quin locum hunc librarii, alii aliter corruperint: in maius aucta diuerſis temporibus deprauatione; vt fieri amat, quando ſemel a recto deerratum eſt. Si retinendus eſt quem hic

hic habemus verborum ordo (quidam codices habent *ὑὸν αὐτὸ ὄντα*, ita vt ad solum Icarum id referatur) commodiore sensu legas *ὑλαεγὰς ὄντας*, aut si qua vox hic inueniri potest conuenientior. Et potest haud dubie; sed in re incerta aliquid certi afferri non potest.

Προθετάς.) vide ind.

Ἐξῆλθε.) Mſc. *ἐξέπτη*, *euolauit*, & magis proprie.

1. Πτέρυγας ὑποθετάς.) Ea nimirum forma qua supra dixit *προθετάς*. ὑποθέτης vero vsu frequentatum est, Codex Cl. Rauii hic repetit vocem *προθετάς*. Editio Amstelodamensis habet *ὑποθετάς*, nec dubium quin vitio typi. Quod idem in vocibus *ἐξήλθη*, *διώζονται*, *ἤθοντο*, in hoc capite notatur. Et quis præstare potest, vt oculi & manus operarum nusquam errent?

3. Πετόμβοι ἦγον πλέοντες. *Quasi volantes in mari huc illuc circumferuntur.*) Vide notata ad cap. XXIX. de alis Pegasi.

Κεφ. ιδ.

ΠΕΡΙ ΑΤΑΛΑΝΤΗΣ καὶ Μηλανίωνος.

Λέγεται, περὶ Ἀταλάντης, καὶ Μηλανίωνος, ὡς ἡ μὲν ἐλάμβανε λέαινα, ὁ δὲ λέων. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔνι τοιοῦτον. Ἀταλάντῃ

CAP. XIV.

DE ATALANTA ET MELANIONE.

Ferunt, Atalantam, & Melanionem, in lexnam & leonem conuersos. Huius autem rei veritas talis est. Cum simul

F 5

a λέγεται.

Μηλανίων, ἐκυνήγου. ἀναπείθει δὲ τὴν κόρην Μηλανίων, μιγῆναι b αὐτῇ. εἰσέρχεται δὲ εἴς τι σπήλαιον, μιχθησόμενος. ἦν 2 δὲ ἐν τῷ ἄντρῳ εὐνὴ λέοντος καὶ λεαίνης. c οἳ καὶ ἀκούσαντες φωνῆς ἐξελθόντες, ἀναιροῦσι τοὺς περὶ Ἀταλάντην. μετὰ 3 δὲ χρόνον, τῆς λεαίνης καὶ τοῦ λέοντος ἐξελθόντων, οἱ κυνηγετοῦντες σὺν Μηλανίωνι, εἰς ταῦτα τὰ ζῶα ἔδοξαν αὐτοὺς μεταβεβλῆσθαι. εἰσβάλλοντες οὖν εἰς τὴν πόλιν, διεφήμιζον d οἱ περὶ Ἀταλάντην, καὶ Μηλανίωνα, ὡς εἰς λέοντας μετεβλήθησαν.

simul venationi operam darent Atalanta & Melanion, ille quidem persuasit puellæ, vt secum commisceretur; & iam coiturus, spelæum ingreditur; in quo cubile erat leonis, leænæque: qui, postquam voces eorum exaudiuere, prodeuntes continuo ambos dilacerarunt. Leone deinde, ac leæna solis egredientibus, qui cum Melanione venabantur, ipsos in eiusmodi animalia existimabant conuersos; seque in vrbem recipientes, rumoribus sparserunt, Atalantam & Melanionem in leones immutatos.

(o)

NOTÆ

b αὐτῷ. c οἳ δὲ. d ὡς οἱ π. Α. κ. Μ. ε. λ. μ.

NOTÆ
AD CAP. XIV.

Περὶ Ἀταλάντης. *De Atalanta.*) Confer Hygin. Fab. CLXXXV. Copioſe, & magna, vt ſolet, facundia, Atalantæ huius natales, habitationem, mores, omnemque viuendi rationem nobis deſcripſit μελιόβοογγος Ælianus, Var. hiſt. lib. XIII. cap. 1. Quanquam alii diuerſa a cæteris ſententia Atalantas duas fuiſſe contendunt. Legi hic poteſt Lilius Gyraldus Dialogiſmo XX. in quo & hunc Palæphati locum Latine redditum adducit. Adde & Suidam in voce Ἀταλάντη & alios. Non enim iſta nunc perſequi libet. Ad hanc autem fabulam pertinentia alia legas in Apollodoro de Orig. Deorum lib. III. Idonea eſt reprehendendo nimio lucri & voluptatum ſtudio. vide Bacon. de Verulam. cap. XXV. de ſapient. veterum.

1. Μιγῆναι αὐτῇ.) Rectius Mſc. αὐτῷ.

Τὸς περὶ Ἀταλάντην.) id eſt, hoc quidem loco, & Atalantam & Melanionem. Οἱ περὶ Πλάτωνα aliquando ſolum Platonem, aliquando Platonem cum ſectatoribus, aliquando ſectatores Platonis notat.

3. Διεφήμιζον οἱ περὶ Ἀταλάντην τὴ Μηλανίωνα, ὡς εἰς λέοντας μετεβλήθησαν.) Mſc. ὡς οἱ περὶ Μελανίωνα τὴ Ἀταλάντην. &c. eodem ſenſu, quo ſupra his verbis vſus autor fuit.

CAP. XV

Κεφ. ιε.

ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥΣ.

Καὶ ὁ περὶ Καλλισῦς ο λόγος τοιῦτος, ὡς κυνηγετοῦσα ἄρκτος ἐγένετο. 1 ἐγὼ δέ φημι, καὶ ταύτην εἰς ὄρος καταντήσασαν, ὅπου ἐτύγχανεν ἄρκτος, θηρεύσασαν καταβρωθῆναι. τοὺς δὲ κυνηγετοῦντας, ἰδόντας μὲν ἀπὸ τοῦ τῆς ἄρκτου κοίτου, μηκέτι δὲ ἐξερχομένου, εἰπεῖν ὡς ἡ κόρη ἄρκτος ἐγένετο a.

CAP. XV.

DE CALLISTONE.

Idem etiam de Calliſtone eſt ſermo: vt ſcilicet illa inter venandum in vrſam ſit commutata. At mea quidem ſententia, illam crediderim venatione occupatam, ab obuia in monte vrſa deuoratam eſſe: ipſos vero, qui vna venarentur, videntes eam prope vrſæ cubile, neque inde redeuntem, mox transformatam in vrſam puellam proclamaſſe.

NOTÆ AD CAP. XV.

Εἰς ὄρος. *In montem*) Mſc. εἰς ξύλοχόν τινα. legendum ξύλοχον. Locum enim arboribus fruticibusue condenſum fuiſſe ſignificat autor. Autor, inquam, ſi non ex margine vox irrepſit, aut aliunde. Luſtrum ſiue latibulum leonis Homerus Odyſſ. P. ξύλοχον κρατεροῖο λέοντος appellauit.

2. Ἰδόν-

a *Vide notas.*

2. Ἰδόντας μὲν ὅτι τὴν κόιτην.) Satis feliciter ex Msc. suo veram lectionem restituisse videtur Cl. Tollius: ἰδόντας εἰσελθοῦσαν μὲν ἐπὶ τὴν τῆς ἄρκτου κοίτην, μηκέτι δὲ ἐξεχομένην.

Κεφ. ις.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΥΡΩΠΗΣ

Φασὶν, Εὐρώπην α τὸ Φοίνικος ἐπὶ ταύρου ὀχουμένην διὰ τῆς θαλάττης ἐκ Τύρου εἰς Κρήτην ἀφικέσθαι. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ὅτε ταῦρον, οὐδ' ἵππον, τοσοῦτον πέλαγος b διανήξασθαι δυνασθαι· οὔτε κόρην ἐπὶ ταῦρον ἄγριον ἀναβῆναι· c ὅ, τε Ζεὺς εἰς ἐβούλετο Εὐρώπην εἰς Κρήτην ἐλθεῖν, εὗρεν ἂν αὐτῆς ἑτέραν πρεῖαν καλλίονα. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. ἀνὴρ Κνώσιος, ὀνόματι Ταῦρος, ἐπολέμει τῇ Τυρίων χώρᾳ. τελευταῖον δὲ ἐκ Τύρου ἥρπασεν ἄλλας τε κόρας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα, Εὐρώπην.

CAP. XVI.

DE EVROPA.

Europam, Phœnicis filiam, tauro per mare vectam, e Tyro in Cretam traiecisse, fabula est. 1 Mihi vero videtur, neque taurum, neque equum, tantum pelagus nando transfretare potuisse, neque in taurum puellam conscendisse agrestem: atque adeo, si Europam in Cretam abire Iupiter voluisset, inuenisse vtique 2 viam illi meliorem. Veritas autem sic habet. Bello vexabat Tyriorum regionem Taurus, homo Gnossius, ac postremo, inter cæteras Tyri puellas, rapuit etiam filiam Regis Europam. Inde dicere ἔλε-

a τὴν. b διανύσαι. c καὶ ὁ & καὶ ὅτι ὁ.

ἔλεγον ὃν οἱ ἄνθρωποι, Εὐρώπην τὴν τοῦ βασιλέως, ταῦρος ἔχων ὠχετο. τούτου γενομένου, προσυνεπλάσθη ὁ μῦθος.

homines, Europam Regis taurum auexisse. His ita gestis fabula conficta est.

NOTÆ
AD CAP. XVI.

Οὔτε ταῦρον, οὔθ' ἵππον τοσοῦτον πέλαγος &c. *Neque taurum, neque equum, tantum pelagus nando transfretare potuisse.*) Valet ratio contra eos, qui fabulam ita crude tradunt accipiuntque, vt eam hic exagitat autor: non item contra illos, qui cum Ouidio II. Metam. aiunt, Iouem ipsum, formam indutum bouis, furtum peregisse. Et in hanc sententiam posset aliquis Apollodorum quoque, sub init. lib. III. interpretari, etsi aliter vertat Spoletinus. Τάυτης, inquit, Ζεὺς ἐραθεὶς, πίπτει διὰ τῆς θαλάσσης ῥόδῳ ὑποστρέων ταῦρος. Ita vulgo narratam fabulam, si non aliunde constaret, satis ostenderet Lactantius lib. I. de falsa relig. c. XI. Digna sunt verba, quæ adscribantur. *Danaen*, inquit, *violaturus Iupiter, aureos nummos largiter in sinum eius infundit. Hæc stupri merces fuit. At Poetæ, qui quasi de Deo loquebantur, ne autoritatem creditæ maiestatis infringerent, finxerunt, ipsum in aureo imbre delapsum; eadem figura, qua imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarumque describunt. Rapuisse dicitur in aquila catamitum. Poëticus color est. Sed aut per legionem ra-*

rapuit, cuius insigne aquila est: aut nauis, in qua est impositus, tutelam habuit in aquila figuratam: sicut taurum, cum rapuit & transuexit Europam. Eodem modo conuertisse in bouem traditur Io Inachi filiam. Et post pauca: *Quo igitur argumento probari potest, nec Europam in tauro sedisse, nec Io factam bouem? Quod certus dies habetur in fastis, quo Isidis* (ita appellabatur Io, postquam in Ægyptum appulit, diuinisque coli cœpit honoribus) *nauigium celebratur. Quæ res docet, non tranasse illam, sed nauigasse.* Tutela nauis, cuius mentionem facit, insigne siue imago Numinis fuit in puppi; vt parasemon plerumque animantis alicuius in prora. Posset videri cum parasemo tutelam confudisse; nisi quod alii aliter hæc legant, vide commentar. Xysti. Plenius Festus, nauem, qua rapta Europa est, tutelam Iouis, effigiem tauri habuisse scribit. Lege tamen amplis. Scheffe-rum, milit. naual. lib. III. c. I. p. 173. παρασήμῳ meminit & Lucas in Actis Apostolorum cap. XXVIII. 11. Iulio Polluci Onomast. lib. I. c. 9. δελφὶς dicitur; & nauis, in qua hoc signum, δελφινοφόρος, vt rem explicat idem Scheff. mil. naual. lib. I. c. 6. p. 51. Est & δελφὶς instrumentum nauis bellicæ; vt eodem opere lib. 2. c. 5. ex Suida & aliis ostenditur. Quibus addi potest illud Thomæ Magistri: δελφὶς μολίβδινον ὄργανον τῶν ναυμαχησῶν νεῶν. Tutela autem dicebatur, quia per eam commendabatur nauis tutelæ alicuius Dei vel Numinis, cuius ea exprimebat imaginem, inde Silius, lib. XIV.

—— —— Tutelaque Deûm fluitant.

Et Ouid. epiſt. Paridis ad Helenam:

Accipit & pictos puppis aduncа Deos.

In puppi fuiſſe præterea, indicio eſt illud Virgilii, Æneid. X. vbi cum paraſemon tigris in prora nauis fuiſſe ſignificaſſet per illa: *Maſſicus erata princeps ſecat æquora Tigri*: ſtatim ſubdit de tutela,

—— aurato fulgebat Apolline puppis.

Adde Valerium Flaccum, qui Argonaut. lib. VIII. ſcribit, Medeam procubuiſſe ad genua Mineruæ, quæ tutela nauis erat.

Puppe, inquit, *procul ſumma, vigilis poſt terga Magiſtri,*
Hæſerat aurata genibus Medea Minerua.

Poteſt & hic conſuli Claud. Dausqueius ad illa Silii lib. XIV. *Miſſile adorata contorquet Sabrata puppe* p. m. 623. & 630. & paulo poſt ad illa, *Libyæ puppis ſignata figuram.* In quibus tamen diligentius forte, quam neceſſe erat, in virum ſummum, optimeque de re literaria meritum, cenſuram agit. Legi vero omnino meretur ſupra laudati operis de mil. naual. lib. III. cap. 1. in quo hæc ſigna prolixe, nec minus accurate explicantur. Auctores, qui fabulam raptæ Europæ latius explicuerunt, vide in notis W. Seberi ad Onomaſt. Polluc. lib. I. cap. 24. Cumprimis vero Ioh. Gerardi Voſſii Theolog. Gentil. qui Europam hanc Deam Aſtarten eſſe putat; &, cur rapta a Ioue, tauro vecta dicatur, rationem exponit, lib. I. cap. 22. prope finem.

1. Διανήξασθαι δύνασθαι.) Placet magis lectio altera διανύσαι, etsi & cap XXIX. legatur δύνασθαι ἵπτασθαι.

Ὅ, τε Ζεύς.) al. καὶ ὁ Ζεύς. cod. Constantinop. καὶ ὅτι ὁ Ζεύς, mutata iterum constructionis forma.

Εὗρεν ἂν αὐτῆς ἑτέραν.) Cl. Tollius pro αὐτῆς legit αὐτῇ. Qui volet, legere poterit, non minus Græca forma, ταύτης, καλλίονα scilicet πορείαν.

2. Τῇ Τυρηνίᾳ χώρᾳ.) Toll. τῇ Τυρίων. aliud Τυῤῥηνία. cap. XXI.

Κεφ. ιζ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΟΥρείου Ἵππου καὶ τῆς Τροίας.

Φασὶν, ὡς Ἀχαιοὶ a οἱ ἐν ξυλίνῳ ἵππῳ κατεπόρθησαν τὴν Ἴλιον. ἔστι δὲ μυθώδης ἄγαν ὁ λόγος. ὁ δὲ ἀλήθειά ἐστιν αὕτη. Ἵππον κατεσκεύασαν ξύλινον, πρὸς μέγεθος μετεωρότερον τῶν πυλῶν, ὅπως μὴ ἑλκόμενος εἰσέλθῃ, ἀλλ' b ὑπερέχει τῷ μεγέθει. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἐκάθηντο ἐν κοιλῷ χωρίῳ περὶ τὴν πόλιν· ὃ Ἀργείων λόχος c ἐκαλεῖτο μέχρι τοῦ

CAP. XVII.

DE EQVO DVREO ET TROIA.

Plurimum item fabulosus ille sermo, absconditos, vti aiunt, in ligneo equo Achæos Ilium expugnasse. Sed hoc est verum: equum ædificarunt ligneum, ipsis portis magnitudine sublimiorem; vt longe supereminens, nulla ratione trahi in vrbem posset. Ipsi interea ductores in concauo ad vrbem loco consedere, qui in hunc vsque diem Achiuorum insidiæ vo-

a Ἀχαιοὶ ἐν ξυλ. b ὑπερέχειν. c καλεῖται.

νύν. αὐτόμολος δὴ ἐλθὼν ὁ Σίνων εἰς Ἴλιον, φράζει τοῖς Ἰλιεῦσιν, [d] εἰσαγαγεῖν τὸν ἵππον, πεισθεὶς καὶ τὸ μὴ εἰσελθεῖν τοὺς Ἕλληνας. ὃ ὑπακούσαντες οἱ Τρῶες, καὶ τὰς πύλας καθαιροῦντες, εἰσάγουσι τὸν ἵππον. εὐωχουμένων δ' αὐτῶν, ἐπεισέρχονται οἱ Ἕλληνες. καὶ οὕτως ἑάλω ἡ Τροία.

2 vocatur. Tum vero transfuga Sinon Ilium ingreditur, & perſuadet Ilienſibus, equum in ciuitatem arceſſerent, data 3 fide, non reuerſuros Græcos. Dicto audientes Troiani, & portas deiicientes, equum inducunt: quibus tum conuiuantibus, Græci ſuperuenere; & ſic capta Troia eſt.

NOTÆ AD CAP. XVII.

Δορείου ἵππου. *Equo Dureo.*) Nomen a materia. δόρυ lignum. Et Mſc. lemma capitis ita formati: περὶ ξ ἐν Τροίᾳ ξυλίνου ἵππου. In hoc autem textu paulo inferius eſt: ἵππον κατασκεύασαν ξύλινον. Durateum (δορατέον) ex Homeri Odyſſ. Θ. 493. appellat Lucretius, lib. I.

Nec clam Durateus Troianis Pergama partu
Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.

Eademque ratione δορατέας πύργας, turres ligneas, dixit Apollon. Argonauticωn, II. v. 381. vbi de moſynœcis loquitur, de quibus & poſtea v. 1018. Extra carmen ξυλίνας πύργας Μοσυνοίκων dixit Diodorus lib. XIV. De δορατέη ἀκάνθῃ apud Nonnum ad Iohan-

[d] εἰσηγαγεῖν.

hannis Cap. III. v. 24. Vide principem ingeniorū Dan. Heinſium, Ariſtarch. Sacr. c. IV. Caſaubon. in Notis ad iſtum locum. Δαρατέη χηλὸς eidem Poëtæ γλωσσόκομον eſt, de quo Euangeliſta cap. XIII. 29. Δαρεῖοι χῆνες Athenæo lib. IX. dicuntur anſeres fartiles. Δαρεῖον, inquit, ἐπάγω χῆνα τῷ φυσήματι, id eſt, vt explicat Voſſ. lib. III. Theol. Gentil. cap. 93. *Flatu tumentem durium adduco anſerem.* Et porcos cupediis fartos, ab equi Troiani ſimilitudine, qui repletus erat viris, veteres appellarunt porcos Troianos. Macrob. Saturnal. lib. III. cap. 13.

Οἱ ἐν ξυλίνῳ ἵππῳ. *In ligneo equo.*) Articulum οἱ omittit Mſc. Si igitur id vult Noſter, Troianos, cum adhuc in equo eſſent, pugnantesque ex equo, expugnaſſe vrbem; nimis id frigidum ineptumque eſt: nec ab iſtius temporis hominibus, credo, traditum creditumue; niſi forte aliqui per errorem vel contemtum, idem eſſe fabulas putabant & nugas. Id potius narratum crediderim, quod hic mox ſubiicitur. Videatur Seruius ad hæc eadem in Æneid. II. & Dictys Cretenſis lib. V. Pauſanias in Atticis eorum prorſus eſt ſententiæ, qui machinam fuiſſe bellicam exiſtimant. Ἵππος, inquit, ὁ χαλκόμενος Δούριος ἀνάκειται χαλκοῦς. Καὶ ὅτι μὲν τὸ στοίημα τὸ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν, ἐς λύσιν τοῦ τείχους, οἶδεν ὅστις μὴ πᾶσαν ἀπιφέρει τοῖς Φευξὶν εὐήθειαν. id eſt, interprete Sylburgio: *Equus etiam Durius ibi ex ære poſitus.* (in arce nimirum Athenienſium) *quem machinam fuiſſe bellicam, ab Epeo ad muros deiiciendos factam, fateatur neceſſe eſt, qui nolit Troianos ſu-*

poris ac stultitiæ condemnare. Sed mox subiicit, nihilo minus qui ista arce erat equum æneum, ad eam quam tradit fabula, non ad machinæ formam factum. Huc pertinet, quod in Phocicis idem commemorat, a Polygnoto pictum Epeum, Troiæ muros solo æquantem, ita vt promineret inter ruinas solum caput equi Duratei. Conf. Plin. lib. VII. c. 56.

1. Ὑπερέχει.) Toll. ὑπερέχῃ. & recte.

2. Ὁ Σίνων.) Oratio hominis extat; vti notum, apud Virgil. Æneid. II. insigni ostendens exemplo, non aliarum rerum, quam optimarum perniciosum magis esse abusum; in primis eloquentiæ, vbi eam nequitia improborum, in fœdissimis etiam vitiis, profundæ simulationis instrumentum esse cogit.

Εἰσελθεῖν.) Forsan melius ἐπεισελθεῖν. Paulo enim inferius: εὐωχουμένων δ' αὐτῶν, ἐπεισέρχονται οἱ Ἕλληνες, *superueniunt.*

ΚΕΦ. ιη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΙΟΛΟΥ.

Λέγουσιν a, ὅτι Αἴολος ἦν κυριεύων τῶν πνευμάτων, ὅστις ἔδωκεν Ὀδυσσεῖ τοὺς ἀνέμους ἐν ἀσκῷ. Περὶ δὲ τούτου ὡς οὐχ οἷόν τε, δῆλον εἶναι πᾶσιν οἶμαι. εἰκὸς δὲ ἀστρολόγον γενόμενον Αἴ-

CAP. XIIX.

DE ÆOLO.

0 Narrant, Æolum habitum fuisse ventorum Deum, qui inclusos vtri ventos Vlyssi dedit. Sed de hoc nihil huiusmodi esse, omnibus existimo manifestum. Verisimilius autem, Æolum, Astro-

a λέγεται, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος.

ολον, φράσαι Ὀδυσσεῖ τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐπιτολαί τινες ἀνέμων γενήσονται. Φασὶ δὲ, ὅτι καὶ χαλκοῦν τεῖχος τῇ πόλει αὐτοῦ περιεβέβλητο, ὅπερ ἐστὶ φευδές, ὁπλίτας γὰρ (ὡς οἶμαι) εἶχε, τὴν πόλιν αὐτοῦ φυλάττοντας.

Astrologiæ gnarum, prædixisse Vlyssi tempora, quibus certi quidam ven-
2 ti adspirarent. Tradunt insuper, æneo muro vrbem eius circumdatam; falso item, cum, vti arbitror, armatos habuerit milites, qui mœnia custodirent.

NOTÆ
AD CAP. XVIII.

Αἴολος. *Æolus.*) Hunc quemadmodum veteres pinxerint, narrat Albricus lib. imagin. Deorum. Physica interpretatione a varietate ventorum & mutabilitate aliquis appellationem ductam putaret; nisi quod a vetere historia totius fabulæ explicationem vulgo petant. Fuit enim Æolus Rex, Astrologiæ & rei nauticæ peritissimus. Plin. lib. VII. cap. 56. ait, Æolum primum inuenisse rationem ventorum, & lib. III. cap. 11. incolas Liparæ insulæ, quibus imperauit Æolus, ex fumo in triduum prædicere potuisse, quinam flaturi essent venti. Inde existimatum ventos Æolo parere. Conferatur Diodorus Siculus, qui lib. V. cap. III. rerum antiquar. scribit eum nautis ostendisse rationem vtendi velis, & ab igne prædictiones ventorum captasse. Strabo lib. I. ob aliam,

ſed huic aliqua parte ſimilem cauſam, *ταμίαν τῶν ἀνέμων*, *ventorum promum* appellatum docet. Plura ex Polybio, Tzetze, Varrone, Seruio aliisque peti poſſunt.

Ἐν ἀσκῷ. In utre.) vide initium Odyſſ. κ.

Κεφ. ιθ.

ΠΕΡΙ ΕΣΠΕΡΙΔΩΝ.

Λέγουσιν, ὅτι γυναῖκές τινες ἦσαν αἱ Ἑσπερίδες. Τάυταις δὲ ἦν μῆλα χρυσᾶ ἐπὶ μηλέας, ἣν ἐφύλασσε δράκων, ἐφ' ἃ μῆλα καὶ Ἡρακλῆς ἐστρατεύσατο. ἔχει δὲ a ἡ ἀλήθεια ὧδε. Ἕσπερος ἦ ἀνὴρ Μιλήσιος, ὃς ᾤκει ἐν τῇ Καρίᾳ, καὶ εἶχε θυγατέρας δύο, αἳ ἐκαλοῦντο Ἑσπερίδες. τούτῳ δὲ ἦσαν ὄϊς καλαὶ, καὶ ἔγκαρποι. οἷαι δὲ νῦν αἱ ἐν Μιλήτῳ. ἐπὶ τούτῳ δὲ b ὀνομάζονται χρυσαῖ. κάλλιστον γὰρ ὁ χρυσός. ἦσαν δὲ c ἐκεῖναι κάλλισται. Μῆλα δὲ καλεῖται τὰ πρόβα-

CAP. XIX.

DE HESPERIDIBVS.

Ferunt, mulieres quasdam fuiſſe Heſperides; quibus aurea mala erant in arboribus, a dracone ſeruata; ad quæ Hercules etiam expeditionem in-
1 ſtituit. Res autem ita ſe habet. Heſperus vir Mileſius fuit, Cariam incolens, habuitque filias duas, nomine Heſperi-
2 des. Erant vero huic oues pulchræ, & fœcundæ, cuiusmodi etiam nunc Mileti; ac proinde vocabantur aureæ: pulcherrimum enim ſicut eſt
3 aurum; ita & hæ pulcherrimæ. Μῆλα quippe vo-

a ὧδέ πως τὸ ἀληθές. b ὠνομάζοντο. c κἀκεῖναι.

τα. ἅπερ ἰδὼν ὁ Ἡρακλῆς βοσκόμενα ἀπὲρὶ τὴν θάλατταν, περιελάσας ἐνέβετο εἰς τὴν ναῦν. Ϛ τὸν ποιμένα αὐτῶν ὀνόματι Δράκοντα εἰσήγαγεν εἰς οἶκον ἔτι ζῶντος τοῦ Ἑσπέρου, ἀλλὰ τῶν παίδων δοτῶν. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἐθεασάμεθα χρυσᾶ μῆλα, ἃ Ἡρακλῆς ἤγαγεν ἐξ Ἑσπερίδων, τὸν φύλακα ἀποκτείνας δράκοντα. καὶ ἔνθεν ὁ μῦθος συνεπλάσθη.

vocantur oues; quas cum in littore paſcentes Hercules vidiſſet, mortuo iam Heſpero, ſed viuentibus liberis, abactas in nauem impoſuit, earumque paſtorem Draconem domum abegit. Dicebant itaque homines; vidimus aurea mala, quæ Hercules, occiſo cuſtode Dracone, ex inſulis Heſperidum auexit. Inde fabula conficta eſt.

NOTÆ
AD CAP. XIX.

Ἑσπερίδες. *Heſperides.*) Duplex eſſe poteſt huius fabulæ explicatio, ſecundum Voſſium in eximio de Theol. Gentilium opere lib. II. c. 15. cum quo conferri poteſt Natalis, Mythol. lib. VII. c. 7. & 1. de Hercule. Harum altera ex natura, altera ex re geſta, & vetere hiſtoria petitur. Priore modo Hercules, *Sol*, aurea rapit mala Heſperidum, id eſt, *ortu ſuo lumen præſtringit ſtellarum.* Hæ enim τῆς ἑσπέρας, Veſperæ & Noctis filiæ, quo tempore in cœlo apparent. Hortus Heſperidum *cælum eſt ſtellatum.* quod enim

d ὠδὲ τῇ θαλάσσῃ. e εἰς ναῦν.

in hortis flores, id in cœlo ſtellæ. *Mala* ſunt ſtellæ, quia rotundæ; *aurea*, quia aurei coloris. Cuſtos draco eſt *Zodiacus* vel *horizon*, vel *flexuoſus ille inter vtramque arctον ſerpens*. Poſteriore ſiue hiſtorica explicatione, refertur hoc ad Herculem, heroa Tyrium vel Ægyptium; ſiue is vnus idemque fuerit, ſiue Tyrius quidem in Hiſpania, in Africa alter bellum geſſerit. Per mala aurea Diodorus in quarto, & alii, cum Noſtro oues intelligunt præſtantisſimas; quas, cuſtode Ladone interfecto, Hercules abduxit. Vide & notata paulo inferius. Alii non de ouibus, ſed de pomis interpretantur, quomodo & de vocabulo Pollux lib. I. Onomaſt. c. 1. 27. μῆλα λέγω δὲ τὰ πρόβατα, ποιητικῇ φωνῇ, ἄλλα τὰ ἀκρόδρυα. Μῆλα *non oues appello dictione Poëtica, ſed fructus arboreos*. At de loco pomariorum, in quibus ea creſcerent, variæ admodum ſunt veterum ſententiæ, vt fieri ſolet, poſtquam in fabulas res abiuere; quod vel Strabonem lib. III. & X. cum aliis conferenti apparet. Vide Ioh. Baptiſtam Ferrarium, peculiari de malis aureis opere, cui titulus *Heſperides*, lib. I. c. 4. in quo alias atque alias auctorum recenſet opiniones. Ipſe vero ponit in Mauritania Tingitana, ſiue in Æthiopia ad occaſum ſpectante; vbi nunc Feſſæ & Marocci regna. Illic locorum hortos fuiſſe, tradit, qui pomis citrei generis aureſcerent; quæ eadem ex Africa in Græciam intulit Hercules. Eos hortos Heſperios appellatos, quod ad occidentem ſpectarent. Et vt tres minimum erant Heſperides, ſiue Heſperi, fratris Atlantis, filiæ (Noſter illorum eſt ſententiæ, qui

qui duas tantum fuiſſe exiſtimarunt) Ægle, Arethuſa, Heſperethuſa: ita totidem ille libris tria explicat pomorum aureorum genera, citra, limones, aurantia. De quibus Heſperidum ſiue Medicis malis, prolixe etiam agit nobiliſſimus Salmaſius Exerc. Plinian. ad cap. XLVII. Solin. p. m. 955. ſeqq. De loco autem pomariorum, & hortis Heſperidum, in Libya Pentapolitana; qui cum illis, vt ait, ad Oceanum Atlanticum, etiam a veterum nonnullis confunduntur, ad cap. XXVII. Solin. p. 373. b. ſeq. Meretur & Iouiani Pontani carmen de hortis Heſperidum legi. Præterea de cedro, citrio, & citro ſeorſim ſcripſit Cœlius Calcagninus. Quem tamen, quod hæc recte non diſtinxerit, eodemque nomine & Rembertum Dodonæum, Carolum Cluſium, & Iohan. Baptiſt. Portam notat Ferrarius lib. II. c. 7. Sed & prior explicatio Phyſica ad hiſtoriam reuocari poteſt. Herculem ſcilicet, ob beneficium liberatarum virginum, ab Atlante Aſtronomiam doctum, aurea poma, id eſt, ſcientiam ſiderum, quæ rotunda & aurei, vt dictum, coloris, reportaſſe; vnde & vterque cœlum geſtaſſe humeris dictus. vide Diod. Sicul. lib. III. rer. antiqu. c. 2. Ferrar. lib. I. c. 6. Albricus, libello de imag. Deor. *ἀλληγορῶν* ad moralem Philoſophiam hæc trahit. *Hæ*, inquit, de Heſperidibus in labor. Herc. loquens, *hortum habebant, in quo erant aurea mala Veneri conſecrata*, (Iunonis fuiſſe hortum alii affirmant. Vide Hygin. Aſtron. Poët. lib. II. qui ab ea impoſitum horto cuſtodem Draconem memorat, ne Terræ filiæ amplius po-

ma decerperent.) *ad quorum custodiam draco nunquam dormiens positus erat. Quæ poma Hercules abstulit occiso Dracone.* Addit: *virtus animi non potest fructum capere virtutum, nisi malitia prius interimatur, quæ iugiter vigilat in custodiam vitiorum.*

Μῆλα χρυσᾶ. *Aurea mala.*) Ita & hodie a colore *aurantia* dicimus, vt Galli *orange* ab *or*. Confer Diodor. Sic. lib. IV. c. 2. de malis Hesperidum inter labores Herculis. Salmasius op. cit. lib. I. c. 4. *aurantia & inaurantia* (vnde Græcum πορφάντζιον) dici docet quasi *aurata* & *inaurata*. Adde & Ferrar. lib. I. c. 8. Secus quam Salmasius sentit de harum deriuatione vocum Henricus Stephanus homo Gallus & ipse. Scilicet a Græco πορφάντζιον deducit Gallicum *orange* Tom. II. thesauri in Μηλέα, vbi de his Hesperidum malis late & ille agit.

Ἐπὶ μηλέας.) Tollius vertit *in arboribus*; & dicit *mala* a Dracone seruata esse. Res quidem eodem recidit; propius tamen Græca exprimes, si reddas: *aurea mala his erant in malo, quam custodiuit Draco.* Quanquam quod rem ipsam attinet, frequens prorsus est, Draconem hunc pomorum, non arborum custodem appellari. vide Solin. cap. XLV.

Ἐφύλασσε Δράκων. *Draco seruauit.*) Dracones rerum pretiosarum custodes fingebant veteres, quia visu valent, & auro delectantur. Philostr. Icon. lib. II. in Νήσοις. Plinius & Solinus de æstuario maris interpretantur, quod flexuoso meatu hortos Hesperidum circumdabat. De quo iterum Salmasium vide ad cap. XXV. Solini p. 292, & Ferrar. lib. I, c. 6. Ex

Phe-

Pherecyde alia afferri ſolet explicatio, quod aſper nimium & ferus hic cuſtos fuerit.

2. Οἵαι καὶ νῦν αἱ ἐν Μιλήτῳ. *Cuiusmodi etiam nunc Mileti.)* Vellera Mileſia celebrat Virgilius in Georgicis. Et fuit olim in pretio lana Mileſia, atque ex ea confecta Mileſia ſtragula. Martialem vide lib. VIII. ep. 28. Ἰσομιλησίων ἱματίων meminit Diodorus lib. XII. Scilicet legum, quas contra luxum Zaleucus tulit, vna erat, ne quis vir *ἱμάτιον ἰσομιλήσιον, veſtem Mileſiæ parem* geſtaret.

Κάλλιστον γὰρ ὁ χρυσός. *Pulcherrimum eſt aurum.)* Et plures linguæ aliæ id, quod præclarum & eximium eſt, ducta ab auro appellatione notant. Inde *aureum ſeculum* ſiue *aurea ætas* Virgilio non minus, Ouidioque & aliis inter Latinos dicitur, quam Heſiodo inter Græcos χρύσεον γένος μερόπων ἀνθρώπων, *aureum genus hominum:* & *dicta aurea*, Lucretio l. III. ut χρυσᾶ ἔπη Πυθαγόρου, *aurea carmina Pythagoræ. Mores aurei, & aurea mediocritas* apud Horatium; & ſexcenta huiuscemodi alia.

3. Μῆλα δὲ καλεῖται καὶ τὰ πρόβατα. Μῆλα *vocantur oues.)* Non incommode hæc legeres interiecta vocula καὶ, vt ſenſus eſſet: *μῆλα vocantur etiam oues.* Nempe idem hic dicit Palæphatus, quod Varro de re ruſt. lib. II. cap. 1. a veteribus ſcilicet capras & oues antiqua conſuetudine per *aurea mala* intelligi ſolitas. *ea enim*, inquit, *ſua voce Græci appellarunt* μῆλα.

4. Ἐξ Ἑσπερίδων.) Toll. *ex inſulis Heſperidum.* Phaſin. *ab Heſperidibus.* nec inſularum facit mentionem.

nem. An quia horti Hesperidum, vt vulgo existimatum, longius absunt a Caria & Mileto?

Καὶ ἔνθεν ὁ μῦθος παρεπλάσθη.) Mſc. conciſe, καὶ ἔνθεν ὁ μῦθος.

Κεφ. κ.

ΠΕΡΙ ΚΟΤΤΟΥ ΚΑΙ Βριάρεως.

Φασὶν [a] δή περὶ τούτων, ὡς ἔχοιεν ἑκατὸν χεῖρας, ἄνδρες ὄντες. πῶς δὲ οὐκ εὐήθες τὸ τοιοῦτον; τὸ δὲ ἀληθὲς ἄλλως. τῇ πόλει ὄνομα Ἑκατονταχειρία, ἐν ᾗ ᾤκουν. ἐκ δὲ πόλις τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεσιάδος. ἔλεγον δή οἱ ἄνθρωποι, Κόττος, καὶ Βριάρεως, καὶ Γύγης, οἱ Ἑκατονταχειρες, βοηθήσαντες τοῖς θεοῖς, αὐτοὶ ἐξήλασαν τοὺς Τιτᾶνας ἐκ τοῦ Ὀλύμπου.

CAP. XX.

DE COTTO ET BRIAREO.

Narrant de his, quod centum manus habuerint. Quomodo autem non fatuum hoc? Sed veritas eiusmodi est. Ciuitati, quam illi inhabitant, nomen erat Hecatonchiriæ, sitæ in Oreſtiade. Hinc aiebant vulgo, Cottum, Briareum, & Gygem, centimanos, opem Diis ferentes, Titanas Olympo expulisse.

* * *

NOTÆ

[a] περὶ τούτων Φασίν.

NOTÆ

AD CAP. XX.

Περὶ Κόττου καὶ Βριάρεως. *De Cotto & Briareo.*) Msc. plenius, π. Κ. κ. Β. καὶ Γύγου τῶν ἑκατογχείρων, idque potius quam ἑκατονταχείρων, quod alibi legimus. Hi tres Hesiodo memorantur in Theogonia. Κοττεῖν secundum Hesychium idem valet atque τύπτειν & δορατεῖν. Βριᾶν est *validum reddere.* Γυγαῖος eidem Hesychio est σκοτεινὸς (ita enim, ni fallor, ista: γυγαία νὺξ, ἡ σκοτεινὴ γῆ, alicubi accipit Vossius) Scholiastæ autem Hesiodi Γύγης, δύναμις. Nomina gigantibus idonea, qui & robusti, & terræ filii. Briareum hunc sub nomine Ægeonis (sic homines appellasse quem Dii Briareum vocabant, tradit Homerus Iliad. α. 403.) describit Virgil. Æneid. X. v. 565.

Φασὶν οὖν.) Magis placet, nec immerito, lectio quam dat Msc. περὶ τούτων Φασὶν, ὡς ἑκατόν. &c.

Ἄνδρες ὄντες.) Omisit has voces in versione Tollius. Et potest sine illis, saltem ἐν πλάτει, sensus esse integer.

1. Ἦν δὲ πόλις. *Erat vrbs &c.*) Recte ex codice scripto locum hunc supplet eruditissimus Tollius. Adscribo verba, in gratiam eorum, qui editionem istam non habent. Ἦν δὲ πόλις τῆς νῦν καλουμένης Ὀρεστιάδος. Τεκμαίρομαι δὲ ὅτι μετὰ τῶν ὀλυμπίων ἐμαχέσαντο τὴν πρὸς τιτᾶνας μάχην. Ταῦτα δὲ τὰ χωρία ὅμορά ἐστι τῷ ὀλύμπῳ.

Iam

Iam rectius ſequuntur iſta: ἔλεγον ἓν οἱ ἄνθρωποι, quæ & ipſa in cod. Rau. recte ſe non habent. Hecatontacheiria igitur vrbs fuit regionis Oreſtiadis. Phornuto, ſiue Phurnuto, ſpecul. de Nat. Deorum περὶ Βερέ. Thetis πρόνοια ſiue *prouidentia* eſt, κατὰ τρόπον διαθεῖσα πάντα, *omnia cum decoro disponens*: Briareus Centimanus θεία δύναμις, *diuina potentia*, qua διανέμονται παντα χόθεν αἱ ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιάσεις, ὡς διὰ πολλῶν χειρῶν τῆς εἰς πάντα τὸν ἀριθμὸν διαιρέσεως γινομένης. *Quæ*, inquam, *diſponuntur euaporationes, vndecunque e terra prodeuntes; non ſecus ac ſi multis manibus per omnes numeros compleretur hæc diſtributio*; vt interpretatur Iodocus Valaræus. Elegantius hæc eadem, & totam γιγαντομαχίαν explicat Voſſius Theol. Gentil. lib. III. cap. 2. Credidiſſe videlicet veteres, omnes mundi partes animatas eſſe; eoque ex chao, ſiue prima illa confuſione, non ſine colliſione maxima emerſiſſe, aliis in alias impingentibus. Pugnaſſe itaque in Iouem, εὐκοσμίας vel εὐταξίας autorem. Qui tamen tumultuantes variæ aduerſæque naturæ partes in ordinem redegit. Ita ex mundo conſtituendo hæc explicantur. Ad mundum iam conſtitutum ſi referantur, Titanes, quorum in numero Cottus, Briareus, & Gyges Centimani fuere, ſignificant ventos. Nomen Titanibus ab Hebræo טוט *lutum*. Terra autem mater ventorum, in primis lutoſa. Iam vis aſtrorum ventos educit. Ideo Titanes olim dicti cœli terræque filii. Titanibus centum manus tributæ; id eſt multæ. Manus rapinæ inſtrumentum;

&

& venti omnia rapiunt, ferunt, aguntque. In Titanomachia feruntur hi contra Titanes cæteros stetisse a partibus Iouis, ἐρισμαράγοιο Διὸς κλειτοὶ ἐπίκουροι, vt loquitur Hesiodus in Theogonia, quia cœlum serenant venti. Autores quidam historice de gigantibus, vt de gente violenta & impia loquuntur. vide interpp. Ouid. ad metam. lib. I. 151. seqq. & Macrobium lib. I. Saturn. cap. 20. Philostrat. in vita Apoll. Thyan. lib. V. cap. 6. & qui plura addit Barth. Merul. ad Ouid. lib. IV. Trist. eleg. 6. De serpentinis pedibus quæ scribit, confer cum emblem. Alciati de Cecrope, & citato Macrob. Saturnal. loco. De loco, in quo commissam ferunt cum gigantibus pugnam, videatur Pausanias in Arcadicis. Pugnam vero ipsam ingeniose, atque vt tantum Poëtam decebat, descripsit Hesiod. Theog. 665. seqq. Multi ex historia turris Babylonicæ natam fabulam putant. Vide Luther. Comment. in Genes. cap. IX. p. m. 138. seq.

* * *

CAP. XXI.

Κεφ. κα.

ΠΕΡΙ ΣΚΥΛΛΗΣ.

Λέγουσι περὶ Σκύλλης, ὡς ἐν Τυρρηνίᾳ θηρίον τι, γυνὴ μὲν μέχρι ὀμφαλοῦ, κυσὶν δὲ ἐντεῦθεν αὐτὴ περιπεφύκασι κεφαλαί. τὸ δὲ ἄλλο σῶμα, ὄφεως. τοιαύτην δὲ φύσιν ἀ ἐννοεῖν, πολὺ ἔυηθες. ἡ δὲ ἀλήθεια 1 αὕτη. Τυρρηνίων νῆσοί τινες ἦσαν, αἳ ἐληίζοντο τὰ περίχωρα τῆς Σικελίας, καὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον. ἐν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα τότε, ὄνομα Σκύλλα. αὕτη ἡ τριήρης τὰ λοιπὰ τῶν πλοίων συλλαμβάνουσα, πολλάκις εἰργάζετο βρῶμα, καὶ λόγος ἦν περὶ αὐτῆς πολύς. ταύτην τὴν ναῦν Ὀδυσσεὺς c σοφοδρῷ καὶ λαίφῳ πνεύματι χρησάμενος, διέφυγε. διηγήσατο δὲ ἐν Κορκύρᾳ d 2

CAP. XXI.

DE SCYLLA.

De Scylla aiunt, in Tyrrhenia fuisse beluam, vmbilico quidem tenus fœminam, cui agnata deinceps erant canum capita; corpus vero reliquum serpentis. Talem autem generationem concipere perquam absurdum. Sed veritas 1 ita se habet. Erant insulæ quædam Tyrrhenorum, quæ deprædabantur confinia Siciliæ, & Ionium sinum; eratque illis triremis velox, nomine Scylla; quæ cum reliquas naues intercipere t, victum frequenter sibi comparabat, atque hinc plurium in ore versabatur. Illam tamen nauem Vlysses vento secundo vsus, & copioso, effugit; ac postea, quomo-

a νοεῖν πολλὴ ἐυήθεια. b νῆες. c φόρῳ. d Κερκύρᾳ.

τῷ Ἀλκινόῳ, πῶς ἐδιώχθη, καὶ πῶς ἐξέφυγε, καὶ τὴν ἰδέαν τῆς πλοίου. ἀφ' ὧν πεπλάσθη ὁ μῦθος.

modo insecuta fuisset, qua ratione effugisset, atque nauigii formam, Alcinoo Corcyræ enarrant. Ex his conficta fabula est.

NOTÆ AD CAP. XXI.

Ἐν Τυρρηνίᾳ. *In Tyrrhenia.*) Ita emendatum Cl. Tollio, cum antea ἐν Τυρηνίᾳ legeretur, de qua vide cap. XVI. Stephanus: Τυρρηνία χώρα πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, & Τυρρηνοὶ οἱ Ἀδριάται. Ita ille. Tyrrhenia vero proprie Hetruria est, siue Tuscia; vnde & incolæ qui Græcis Tyrrheni, a Romanis Etrusci & Tusci nominantur. Strabo lib. V. Legendus & Paulus Merula, Cosmographiæ part. II. lib. IV. cap. XXI. de Hetruria. Ea vero a Scylla & Charybdi longius abest. An ergo vbi de sententia Palæphati sermo est, cum eruditissimo viro dicendum Τυρρηνίαν hic significare Italiam, (videatur iterum idem Merula loc. cit. cap. 1.) quam vt alias inter Scyllaticum sinum & Lameticum ponat Aristot. Pol. VII. 10. huius instituti non est dicere. an piratas, domo Hetruscos, ex Hetruria siue Tyrrhenia, aut ex Tyrrheno in Siculum mare vel fretum descendentes, ibi piraticam exercuisse? Philost. Icon. lib. I. Τυρρηνοὶ λῃσαὶ τῆς διὰ αὐλῶς θαλάσσης. Argumentum in Oedip. Tyrann. Sophoclis ait: χαλεπὸς περὶ λῃστείαν γενέσθαι. Noster: ἐληΐζοντο τὰ περίχωρα τῆς Σικελίας.

Et posset aliquis ad hoc negotium id accommodare quod illud apud Euripidem, Τηρσηνὶς Σκύλλα, Scholiastes eius exponit Σικελική. Dixi vbi de Palæphati sententia sermo est, alii enim aliunde originem fabulæ deducunt, de quo infra.

Τυῤῥηνίων.) legendum Τυῤῥηνῶν.

1. Νῆσοι.) Msc. νῆες, vt puto, rectius commodiusque.

Ἦν δὲ ναῦς τριήρης. *Erat triremis velox.*) Plinio aliisque scopulus est in freto Mamertino inter Siciliam & Italiam, qui superiore parte figuram referebat mulieris, infernas autem partes concauas habebat; in quas illisi fluctus sonum edebant latratui canum non dissimilem. In cauitatibus istis latere ferebant canes marinos, qui in naufragiis, quibus infamis erat inter hunc scopulum & Charybdin voraginem nauigatio, ex tabulis direptos homines vorabant. Videantur interpp. Ouid. ad Metam. lib. XIV. 59. Virg. ad Silen. 74. & Æneid. III. 420. seqq. Didymus ad Homer. Odyss. M. 85. & 245. vbi Poëta in scopulo latuisse Scyllam dicit; cuius & aliis istius Odysseæ locis meminit. Sequitur eum, vt in aliis, Virgil. Æneid. III. 424. Adde Senecam, Epist. LXXX. ad Lucil. Voss. de orig. & progress. Idololatr. lib. IV. c. 17. Barthol. Merul. ad Ouid. de remed. amor. lib. II. & alios passim; qui & formam monstri varie descripserunt. Strabo lib. I. cum nonnullis aliis hæc explicat de captura galeotarum, quæ apud Scyllæum exercebatur.

CAP.

Κεφ. κβ.

ΠΕΡΙ ΔΑΙΔΑΛΟΥ.

Λέγεται περὶ Δαιδάλου, ὡς ἀγάλματα κατεσκεύαζε περιόμενα. τὸ δὲ αὐθριάντα δι' ἑαυτῶν βαδίζειν ἀδύνατον εἶναι, δοκεῖ ἐμοί γε. τὸ δὲ ἀληθὲς τοιοῦτον. οἱ τότε ἀνδριαντοποιοὶ, καὶ ἀγαλματοποιοὶ, κατεσκεύαζον ἀνδριάντας, συμπεφυκότας ἔχοντας τὰς πόδας. Δαίδαλος δὲ ἐποίει διαβεβηκότας τὸν ἕνα πόδα. οἱ δὲ ἄνθρωποι ἔλεγον, ὁδοιπορεῖν τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ εἰργάσατο Δαίδαλος, ἀλλ' οὐχὶ ἑστηκός· ὡς καὶ νῦν λέγομεν εἰστήκασι μαχόμενοι ἄνδρες γεγραμμένοι, καὶ τρέχοντες ἵπποι, καὶ χειμαζομένη ναῦς.

CAP. XXII.

DE DÆDALO.

Fabulabantur, Dædalum ſtatuas fabricaſſe per ſe ambulantes. At mihi quidem hoc in ſtatua videtur impoſſibile. Veritas autem eiusmodi. Cum qui ea tempeſtate ſculptores erant, & ſtatuarii, ſtatuas conficerent pedes habentes corpori agnatos; Dædalus prætenſo altero pede faciebat incedentes. Proinde dicebant vulgo, ambulare ſtatuam Dædali, neque vt reliquas ſtare; ſicuti & hodie loquimur; picti ſunt viri pugnantes; currentes equi, & quæ fluctibus iactatur nauis.

a δι' ἑαυτῶν περιόν. b πρῶτος ἐποίησε. c γε.

NOTÆ

AD CAP. XXII.

Συμπεφυκότας ἔχοντας τὰς πόδας.) Tollius vertit: *pedes habentes corpori agnatos.* Phafin. *iunctos adnexosque corpori.* ambigue, vt videtur. Liberaliter autem addit: *quibus inniterentur.* De hac re quanquam aliter atque aliter traditum inuenio, verisimilius tamen duco, Palæphatum per πόδας συμπεφυκότας intellexisse propius iunctos, & quasi concretos: vt dicat, artifices priores statuas finxisse iunctis eodem situ cruribus: Dædalum autem altero pede gradientis ritu sublato. Ioan. Tzetz. Chil. I. hist. 19. Δαίδαλος διεῖλε χεῖρας. *diuisit manus.* Philostrat. Icon. lib. I. p. m. 755. διαβεβηκότα, ut Noster, appellat hæc ἀγάλματα, & mox subiicit: καὶ ἐν ἀπαγγελίᾳ (lego, ἐπαγγελίᾳ) βαδίζειν. Ita nimirum formatæ erant statuæ, vt *incessum* moliri, & quasi *polliceri* viderentur. Atq; hæc quidem de sententia Palæphati. De re autem ipsa legi omnino & notari merentur, quæ erudite & copiose tradit gentis Suedicæ honos Emundus Gripenhielm, libro singulari de statuis illustrium Romanorum, c. III. cui & eodem loco recte obseruatum vocem διαβεβηκότας male a Phasiniano reddi *sese vertentes*; vt magna passim est istius interpretis (molliter loquor) licentia.

2. Ἀλλ' οὐκ ἐστηκός.) Hic locus præter alios admonet, primo, apostrophum sæpe pro varietate dialecto-

lectorum & conſuetudine ſcribentium adhiberi vel omitti: deinde vocabulum ἀχ, quando ſeorſim ſcribitur, non plenum, ſed apoſtropho affectum, pro ἀχὶ ſcribi. Quomodo & Varinus, ne alia prolixe afferam, ἀχ' ὅτως explicat per ἀχὶ ὅτως. Atque ideo in tali caſu literam χ, ratione orthographiæ, non ad præcedentem vocalem α, ſed primam ſequentis dictionis pertinere. Vt perpetuo verum ſit, nullam vocem Græcam deſinere in literam aſpiratam.

Εἰσὶ δέ.) Mſc. εἰσί γε. Neutra particula admodum opus. poſterior tamen huic loco conuenientior. nec neceſſarium eſt illud καὶ, vide ind.

Κεφ. χγ.

ΠΕΡΙ ΦΙΝΕΩΣ.

Ἱστοροῦσι περὶ Φινέως, ὡς διεφόρει [a] ἅρπυιαι τὴν τροφὴν αὐτοῦ. δοκοῦσι δέ τινες, θηρία καὶ πτηνά τινα ταῦτα, ἁρπάζοντα [b] ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ Φινέως τὸ δεῖπνον. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει ὅτως. Φινεὺς ἦν Παιονίας βασιλεύς. γέροντα δὲ αὐτὸν γεγονότα, ἡ ὄψις ἀπέλειπεν, ὅτε ἄρρενες παῖδες ἀπέθανον. θυγατέρες δὲ ἦσαν αὐτῷ

CAP. XXIII.

DE PHINEO.

De Phineo memorant, quod Harpyiæ victum eius corrumperent; ac putant nonnulli, illas feras quasdam volucres eſſe, quæ ex menſa Phinei raperent prandium. Ita vero ſe res habet. Phineus Rex fuit Pæoniæ; quem vbi ſenem viſus defeciſſet, & mortem obiiſſent liberi illius maſculi, filiæ, Py-

 ria

[a] ἱστορεῖται. [b] αἱ ἅρπ. [c] βίον. [d] ἁρπάζειν. [e] ὄντα.

Πυρία, καὶ Ἐρασία, αἵτινες τὸν τοῦ πατρὸς βίον διεφθείρον. ἔλεγον οὖν οἱ ποιηταὶ f, δύστηνος ὁ Φινεὺς, ὅτι αἱ Ἅρπυιαι τὸν βίον αὐτοῦ διαφθείρουσιν. οἰκτείραντες δὲ αὐτὸν, Ζῆθος καὶ Κάλαϊς ἀστυγείτονες αὐτῷ, Βορέου παῖδες, ἀνδρὸς οὐκ ἀσήμου, βοηθήσαντες αὐτῷ, τὰς θυγατέρας ἐξήλασαν g ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τὰ χρήματα συναθροίσαντες, ἐπίτροπόν τινα κατέστησαν τῶν Θρακῶν.

ria & Erasia, patris rem familiarem consumserunt.
2 Hinc Poetæ, miser, inquiebant, Phineus, cuius vitam Harpyiæ perdunt.
3 Commiserti autem eius Zethus, & Calais, vicini ipsius, Boreæ, viri non incelebris, filii, auxilium tulerunt: &, filias oppido expellentes, opibusque eius recollectis, inspectorem quendam illi Thracem apposuerunt.

NOTÆ
AD CAP. XXIII.

Περὶ Φινέως. *De Phineo.*) De huius vita & factis aliter narrat Diodorus Siculus lib. IV. cap. 4. aliter Apollonius & Poëtæ cæteri, ob variam & intricatam antiquorum traditionem. Ex Voss. de historicis Græcis lib. II. cap. 2.

Διεφόρουν Ἅρπυιαι τὸν νοῦν αὐτοῦ. *Corrumpebant Harpyiæ victum eius.*) *Victum* quia ex fide Msc. pro νοῦν restituendum βίον. Cod. Rau. vero habet διεφόρουν τὸν βίον αὐτοῦ. Cl. Tollius in codice suo διεφθόρουν legi scri-

f πολίται. g ἐξεδίωξαν. h τῶν Θρακῶν τινα.

ſcribit. Verbum Διαφορεῖν huc non male quadrare ſatis docet bonorum autorum vſus. Διαφθορεύμενος pro Διαφθορέμενος apud Herodotum legimus, ſed ſignificatione paſſiua, pro quo in vet. cod. Διαφορέμενος reperit magnum illud in Græcis literis nomen Henricus Stephanus. De Harpyis multa multi tradidere, quorum partem complexus eſt Barth. Merula, ad Ouid. Triſt. l. IV. eleg. VI. v. 156. Refert Voſſius ſæpe allegati operis lib. III. cap. 99. ex Petro Martyre lib. VI. Ocean. decad. III. eſſe veſpertiliones in America, quibus apte ſatis conueniant, quæ de Harpyis fabulati ſunt veteres. Nam non tantum gallos gallinasque, ſed & feles canesque morſu interimunt. Quin & hominibus ſanguinem exſugunt vsque ad periculum vitæ. Eſt enim quando aliqui nata inde tabe perierunt. Sed addit Voſſius genus hoc ignotum veteribus fuiſſe, qui per Harpyias intellexerunt ventos, quibus nihil rapacius. Hiſtorice de pellicibus Regis Phinei vulgo exponunt, quas aula expulerunt Calais & Zethus Phinei affines, filii Boreæ, id eſt Regis cuiusdam ſeptentrionalis. Legi iſta poſſunt, quod & Voſſius indicat, apud Euſtathium, Heſiodique Scholiaſten & Apollonii.

Δοκῶσι δὲ ἔνιοι.) Eadem forma exſtat cap. XXIX. Ante Participium ἁρπάζουσα ſimplicius legeretur ἐνίοις, ea quam ſenſus poſtulat verbi antecedentis forma & notione.

Τὸ δεῖπνον.) Tollius vertit *prandium*. Nempe ſignificabat antiquis etiam τὸ μεσημβρινὸν βρῶμα,

vt docent Grammatici. Generaliter etiam cibum & escam notat apud Ælianum, aliosque.

2. Οἱ Ποιηταί. *Poëtæ.*) Msc. Constantinop. *οἱ πολῖται.* vt & cap. VI. ex quo deinceps *οἱ ποιηταὶ ἐμυθολόγουν.*

Κεφ. κδ.

ΠΕΡΙ ΜΗΤΡΑΣ.

Περὶ Μήτρας *a* τῆς Ἐρισίχθονός φασιν, *b* ὡς ὁπότε τὶς βουλοιτο, ἀλλάσσειν τὴν ἰδέαν, ὁ δὲ μῦθος καταγέλαστος. πῶς γὰρ εἰκὸς ἐκ κόρης γενέσθαι βοῦν, καὶ αὖθις κύνα, ἢ ὄρνεον; *c* τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε. *d* Ἐρισίχθων ἦν ἀνὴρ Θετταλὸς, καὶ διαφθείρας τὰ χρήματα, πένης ἐγένετο. ἦν δὲ θυγάτηρ αὐτῷ καλὴ, καὶ ὡραία, Μήτρα τὸ ὄνομα. ὅστις δὲ εἶδεν αὐτὴν, ἤρα τάυτης. ἀργυρίῳ μὲν οὖν οἱ τότε ἄνθρωποι οὐκ ἐμνηστεύοντο. ἐδίδοσαν δὲ οἱ

CAP. XXIV.

DE METRA.

0 De Metra Erisichthonis ferunt, quod, quandocunque etiam vellet, formam mutaret. Cæterum ridicula hæc fabula. Quomodo enim verisimils est, ex puella bovem fieri, aut canem,
1 aut auem? Veritas autem eiusmodi. Erisichthon vir Thessalus fuit, qui absumpta re familiari, ad
2 pauperiem redactus est. Erat autem illi filia, Metra nomine, forma tam egregia, vt quisquis illam
3 vel solum adspiceret, protinus deperiret. Sed enim tum temporis homines sibi v-

a μήστρας. *b* ὡς ὁ ποιητὴς βούλοιτο. *c* ἢ ὄνον ἢ ὄρνεον. *d* τὼ δὲ ἀληθὲς τότε.

ε τὰς ἵππους, οἱ δὲ βοῦς, τινὲς δὲ πρόβατα, ἢ ὃ ἂν f ἐθέλῃ ἡ Μήτρα. ἔλεγον δὲ οἱ Θεσσαλοὶ, ὁρῶντες ἀθροιζόμενον τῷ Ἐρισίχθονι τὸν βίον, ὅτι ἐγένετο ἐκ Μήτρας αὐτῷ καὶ ἵππος, καὶ βοῦς, καὶ τἄλλα· ἀφ' ὧν ὁ μῦθος συνεπλάσθη.

vxores argento non comparabant: at loco eius alii quidem dabant equos, alii boues, nonnulli oues, aut quidquid etiam exposceret Metra. Dicebant ergo Thessali, videntes, quæ vitæ sunt necessaria, Erisichthoni congregata, Metram illi fieri equũ, bouẽ, aliaq;; de quibus fabula.

NOTÆ
AD CAP. XXIV.

Περὶ Μήτρας. *De Metra.*) Msc. & Isaacius Tzetzes in Lycophronem Μήστραν appellant. Antoninus Liberalis μεταμορφ. συναγωγῆς, c. XVII. Ὑπερμήστραν meminit, quæ in virum mutata patri Æthoni (ita ille) alimenta attulit.

Ὡς ὁπότε τὴς βούλοιτο.) Ita correxit Tollius, cum antea legeretur, ὡς ὁ ποιητὴς βούλοιτο. Versio autem abludit: *quandocunque etiam vellet.* Græca enim hunc efficiunt sensum: *quandocunque* aut *quoties aliquis vellet.* Nondum copia mihi facta erat codicis Rauiani, inquit Cl. Brunnerus, cum legendum coniicerem, ὡς ὁπότε βούλοιτο. Nam ad suum potius, quam alienum arbitrium, figuram mutabat Metra.

ε οἱ μὲν ἵππ. f ὅτι ἂν.

Hanc coniecturam poſtea codex iſte confirmauit, in quo hæc totidem apicibus leguntur. Phaſinianus niſi more ſuo nimium ſibi indulſit, legiſſe videtur: ὡς ὁπότε ὁ πατὴρ βέλοιτο. Sic enim ille, quanquam parum venuſte: *quotiescunque pater ſuus vtique voluiſſet.* Forſan qui codicem, quo vtebatur, ſcripſerat, reſpexit ad ea quæ de Erichthone tradiderunt Ouidius lib. VIII. metam. 744. Iſaacius Tzetzes loc. cit. & alii.

Ἀλλάσειν.) An deeſt vox εἰωθὸς vel ſimilis, an legendum ἤλλασε; etſi particulæ ὡς alia atque alia & conſtructio ſit, & ſignificatio. Scriptura certe vocis in cod. Mſc. non eſt ſana; & ſupra verbo finito ſemper niſi quid me fallit, iunxit autor.

2. Ὅσις εἶδεν αὐτὴν ἤρα τούτης.) Dubitaret aliquis an ita ſcripſerit autor.

4. Ὅτι ἐγένετο ἐκ Μήτρας αὐτῷ ἡ ἵππος &c. *Metram illi fieri equum &c.*) Mſc. ὅτι ἡ Μήτρα ἐγένετο αὐτῷ πάντα. Ouid. lib. VIII. metam. 878.

——— *illa*

Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat.

(O)

CAP. XXV

Κεφ. κε.

ΠΕΡΙ ΓΗΡΥΟΝΟΥ.

Γηρυόνεω φασὶν, ὅτι τριπέφαλος ἦν, ἀδύνατον ἦ σῶμα τρεῖς κεφαλὰς ἔχειν. ἐγένετο δὲ τοιόνδε τοῦτο. πόλις ἐστὶν ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, Τρικαρηνία καλουμένη. ἐνταῦθα δὲ Γηρυόνης ἐν τοῖς τότε ἀνθρώποις ὀνομαστὸς, πλούτῳ τε καὶ ἄλλοις διαφέρων· εἶχε δὲ καὶ βοῶν ἀγέλην θαυμασίην, ἐφ' ἃς ἐλθὼν Ἡρακλῆς, ἀντιπολεμήσαντα Γηρυόνεω ἔκτεινεν b. οἱ δὲ θωμάζοντες ἐλαυνομένας τὰς βοῦς, ἐθαύμαζον. ἦσαν γὰρ τὸ μὲν μέγεθος μικραὶ, ἀπὸ δὲ κεφαλῆς ἐπὶ τὴν ὀσφὺν c μικραὶ d καὶ σιμαὶ, κέρατα δὲ οὐκ ἔχουσαι, ὀστᾶ δὲ μακρὰ e καὶ πλατέα. πρὸς τοὺς πυνθανομένους δὲ ἔλεγόν τινες, Ἡρακλῆς τούτας ἐλάσειεν, ὅσας Γηρυό-

CAP. XXV. DE GERYONE.

Geryonem aiunt fuisse tricipitem; cum fieri non possit corpus aliquod tribus capitibus esse præditum. At tale quid accidit. Vrbs est in Euxino ponto Tricarenia appellata; vbi inter homines celebris viuebat Geryon, diuitiis, aliisque rebus præcellens. Cæterum boum gregem admirabilem habuit; quem inuadens Hercules, resistentem Geryonem interemit; & qui circumactas viderent boues mirabantur. Erant enim statura quidem exiguæ, a capite vsque ad ilia insuper paruæ, & simæ, cornua non gerentes, sed ossa longa, lataque. Responderunt itaque nonnulli interrogantibus: Herculem Tricareni Geryonis boues abegisse.

Quo

a ἐγενέτο. b ἀπέκτεινεν. c τὸν ὀσφὺν & ὀφρύν. d μακραί. e μεγάλα.

νȣ ȣ̃ Τρικαρήνȣ. τινὲς δὲ ἐκ ȣ̃ λεγομένȣ ὑπέλαβον αὐτὸν τρεῖς ἔχειν κεφαλάς.	Quo ex dicto Geryonem tria capita habuisse sunt qui suspicabantur.

NOTÆ
AD CAP. XXV.

Γηρυόνην φασὶν ὅτι &c.) vid. not. ad cap. XL. 1. Πόλις ἐστὶν ἐν τῷ Ευξείνῳ πόντῳ. *Vrbs est in ponto Euxino.*) Alii sub vno nomine Γηρυόνȣ intellectos olim volunt tres fratres, filios Geryonis, Regis Hispaniæ, valde vnanimes: alii hominem vnum, tribus imperantem insulis. Canem autem, quem habuisse fertur bicipitem, significasse nauales copias & terrestres, quibus vtrisque plurimum valuit. Vide Iustinum sub finem lib. vlt. & Barthol. Merulam ad Ouid. Trist. lib. IV. eleg. 6. Physice, vel secundum Theologiam Poëticam, Hercules solem aut vim igneam; Geryon fulmen significat. Geryon ergo triceps fingitur, quia triplex vis & materia est fulminis, terebrans, discutiens, vrens. Boues tonitrua significant; dicti in insulis esse, vel quia nubes comparantur insulis, vel quia ex locis humidis prouenit materia nubium, quæ fulmina continent. Vide Vossium, Natalem, & præter hunc mythologos alios. Dixi *Physice vel secundum Theologiam Poëticam.* Terentius Varro diuersam a Physica fecit Theologiam Poëticam, vt est apud Augustinum de Ciuit. Dei. lib. VI. c. 4. sed sen-

ſenſu diuerſo. Illi enim Theologia Poëtica continet fabulas Poëtarum de Diis, quales eos eſſe illi finxerunt: Phyſica, doctrinam de Deo, qualem ex natura ope rectæ rationis petiuere Philoſophi: Ciuilis, ſtatuta Principum & populorum de religione & Deorum cultu. Quibus ego hic non contrauenio. Tantum innuo Theologiam Poëtarum, quando recte excutitur, interdum recidere in doctrinam Phyſicam vel naturæ. Hanc enim ſuis illi myſteriis ſæpe inuoluerunt. In quibus retexendis, neceſſe eſt diſcrimen facere inter expoſitionem fabulæ hiſtoricam & Phyſicam; quam in hoc eodem argumento itidem Theologiam Poëticam appellare non dubitauit magnus Voſſius, operis ſæpe citati lib. III. cap. 8.

ΚΕΦ. κς.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ ΤΟΥ Σισύφου.

Φασὶν, ὅτι καὶ ὗτος κατεδρώθη ὑπὸ τῶν ἵππων, ἀγνοοῦντες, ὅτι ἱπποτροφῶν, καὶ τὰ οἰκείων ἀδένος ἀπημελημένος, καὶ μεγάλας δαπάνας ποιούμενος, ἐπτώχευσε, καὶ ἀπέλιπεν [a] αὐτὸν ὁ βίος.

CAP. XXVI.

DE GLAVCO SISYPHI.

Hunc & ipſum ab equis deuoratum eſſe, perhibent; ignorantes quod, cum equos aleret, neq; rerum domeſticarum curam haberet, ſumtusq; faceret ingentes, opibus dilapidatis, victus tandem illi defuerit.

NOTÆ

[a] ἀπέλιπεν.

NOTÆ
AD CAP. XXVI.

Περὶ Γλαύκου. *De Glauco.*) De fabula vide Pausan. Eliac. Poster. Nat. Com. Mythol. lib. IIX. cap. 5.

Κατεβρώθη. *Deuoratus.*) vid. not. ad cap. III. Suidas in voce ἵππος; itemque οἰκοδομὴ narrat Laconas, inter exsecrationes alias, solitos inimicis imprecari ἱπποτροφίαν. οἰκοδομὰ, aiebant, σὲ λάβοι, καὶ ἀμβολὰ, ὅ,τε ἵππος· καὶ ἁ γυνά τοι μοῖχον ἔχοι. *Ædificatio te occupet, & procrastinatio, & equus* quem alas; *& adulterum vxor tua habeat.* quod in his certa esset ad paupertatem & miseriam via. Vulgati sunt versus.

Σώματα πολλὰ τρέφειν, καὶ δώματα πολλ' ἀνεγείρειν,
Εἰς πενίην οἴμη ἐστὶν ἑτοιμοτάτη.

Ἀγνοοῦντες ὅτι ἱπποτροφῶν.) Sequentia ita habet Msc. ὅτι ὑπὸ τροφῶν, καὶ μεγάλων δαπανῶν, ἃς ἐποίει, τῶν οἰκείων οὐδὲν ἐπιμελούμενος ἐπετρίβη, καὶ ἐπέλιπεν αὐτὸν ὁ βίος.

Ἀπέλιπε.) cap. XXIII. γέροντα - - ἡ ὄψις ἀπέλειπε.

CAP.

Κεφ. κζ.

ΠΕΡΙ ΕΤΕΡΟΥ ΓΛΑΥΚΟΥ τοῦ Μίνωος.

Καὶ ἔτος ὁ μῦθος παγκάλιος ὡς δὴ τοῦ Γλαύκου ἀποθανόντος ἐπὶ τῷ μέλιτι, ὁ Μίνως ἐν τῷ τύμβῳ κατώρυξε τοντὶ Κοιράνου Πολυείδον, ὃς ἦν ἐκ τῆς Ἄργους. ὃς ἰδὼν b δράκοντα ἑτέρῳ δράκοντι πόαν ἐπιθέντα τεθνεῶτι, καὶ ἀναστήσαντα αὐτὸν, ἔτος τὸ αὐτὸ ποιήσας εἰς τὸν Γλαῦκον c, ἀνέστησεν. τοῦτο 1 ἦν ἀδύνατον. ἐγίνετο δὲ τιὸν δέ τι. Γλαῦκος πὼν μέλι ἐταράχθη. χολῆς δὲ αὐτῷ πλείονος κινηθείσης, ἐλειποθύμησεν ὁ Γλαῦκος. ἀφίκοντο δ' ἂν οἱ 2 τε δὴ ἄλλοι ἰατροὶ, ἅτε δὴ χρήματα ληψόμενοι, ἀλλὰ δὴ καὶ Πολύειδος. ὡς ἰδὼν τὴν πόαν, ᾗ ἐμάθε παρά τινος ἰατροῦ, ᾧ ὄνομα ἦν Δράκων, ἐς ταύτην τὴν βοτάνην χρησά-

CAP. XXVII.

DE ALTERO GLAVCO MINOIS.

Et hæc fabula omnino ridicula. Glauco melle interfecto, Minos eidem ſepulchro incluſit Polyidum Cœrani filium Argiuum: qui cum vidiſſet draconem quendam alteri mortuo herbam imponentem, atque hoc modo reſuſcitantem, id ipſum fecit, ac Glaucum vitæ reſtituit. Fieri autem non potuit; ſed illud rectius. Glaucus poto melle turbatus, bile multa commota, animi deliquium patiebatur. Acceſſere igitur cum alii medici, relaturi mercedem, tum etiam Polyidus: & conſpecta herba, quam a medico didicerat, cui nomen Draco, adhibuit illam ipſam, & Glaucum ſanum reddidit.

a ἐν. b ἰδὼν ἕτ. c τῷ Γλάυκῳ c καὶ πρὸς τούτοις.

μῳ, ὑγιᾶ ἐποίησε τ Γλαῦκον. ἔλεγον δέ τινες, ὅτι Πολύειδ τ Γλαῦκον, ὑπὸ μέλιτος θανόντα, ἀνέσησεν.

didit. Hinc dicebant multi, quod Polyidus melle interemtum Glaucum reſuſcitauit.

NOTÆ
AD CAP. XXVII.

Ὃς ἰδών. *Qui cum vidiſet.*) Mſc. ὅτ ἰδών, & commodius. Præceſſit enim ὃς ἦν. Quanquam in hoc opuſculo non raro occurrant priori lectioni ſimilia exempla; nata, ſi non ſubeſt aliud, ex epitome aliqua eorum, quæ antea prolixius expoſita erant.

1. Ἐταράχθη. *Turbatus.*) Cum nondum iuuarer cod. Mſc. putabam hic legi poſſe ἐσταράχθη, cum verbum ταράχθηναι, vbi de homine in tali materia ſermo eſt, frequentius ferme de perturbationibus animi dicatur. Sed vti tunc non erat, ita nec iam animus eſt, citra euidentem neceſſitatem quidquam mutare; etſi nunc in Mſc. legam ἐταράχθη τὴν κοιλίαν. Quæ vox addita priorem coniecturam nonnihil confirmare poſſet.

* * *

CAP.

Κεφ. κη.

ΠΕΡΙ ΓΛΑΥΚΟΥ ΤΟΥ Θαλαττίου.

Ἄδεται a, ὅτι καὶ οὗτος ὁ Γλαῦκος πόαν φαγών ποτε, ἀθάνατος ἐγένετο, καὶ νῦν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκεῖ. τὸ δὲ τῇ πόᾳ ταύτῃ μόνον Γλαῦκον ἐντυχεῖν; καὶ λίαν ἔνιγει b ἔυηθες, τό, τε ἄνθρωπον ἐν θαλάττῃ, ἢ ἄλλο τι τῶν χερσαίων ζῆν. ἔχει δὲ τὸ ἀληθὲς οὕτω. 1 Γλαῦκος ἦν ἀνὴρ ἁλιεὺς, Ἀνθηδόνιος τὸ γένος. ἦν δὲ κολυμβητὴς, ἐν τούτῳ ὑπερφέρων πάντων κολυμβητῶν c. κολυμβοῦντος δὲ ἐν τῷ λιμένι, ὁρώντων αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει, αὐτὸς διακολυμβήσας εἴς τινα τόπον, καὶ μὴ ὀφθεὶς τοῖς οἰκείοις, ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς, διακολυμβήσας πάλιν, ὤφθη αὐτοῖς. πυνθανομένων δὲ 2

CAP. XXIIX. DE GLAVCO MARINO.

Celebratur etiam hic Glaucus, quod postquam herbam comedisset, factus sit immortalis, & nunc in mari habitet. Glaucum autem solum hanc herbam assecutum, hominemque, vel quoduis animal terrestre, in mari viuere, perquam ridiculum est. At vero ipsa rei veritas hæc est. Glaucus piscator fuit, Anthedoniensis genere, atque natator præ cæteris istac in arte excellens: quem cum ciues in portu aquis se immergentem vidissent, ipse continuo ad alium se locum natando recepit, & cum intra dies plurimos visus a suis non esset, emergens rursum, conspectui illorum se restituit.

a λέγεται. b ἐστί. c διαφέρων τῶν ἄλλων.

τ οἰκείων, πᾶ διέτριβεν d, αὐτὸς ψευδόμενος ἔφη, ἐν τῇ θαλάττῃ. καὶ συγκλείων e εἰς αὐτὸν ἰχθύας, ὁπότε χειμὼν γένοιτο, καὶ μηδεὶς τῶν ἄλλων ἁλιέων ἰχθῦς δύναιτο λαμβάνειν, ἠ ἔλεγε τοῖς πολίταις f, τίνας βάλοιντο τ ἰχθύων ἀποκομισθῆναι αὐτοῖς. ἠ κομίζων ὃς ἂν ἤθελον, Γλαῦκος θαλάσσιος ἐκλήθη. καὶ ποτὲ τυχὼν θηρίῳ θαλατίῳ ἀπώλετο. μὴ ἐλθόντος δὲ αὐτοῦ ἐκ τῆς θαλάττης, ἐμύθευσαν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐν θαλάττῃ οἰκεῖ, καὶ ἔχει μένει.

stituit. Interrogantibus itaque domesticis, vbinam egisset, ille conficto mendacio, in mari, inquit. Cumque pisces eodem loco conclusos habēret, neque quisquam aliorum piscatorum vesaniente tempestate capere quid possent; vltro petebat a ciuibus, cuiusmodi sibi pisces adferri cuperent; prolatisque quos volebant, Glaucus vocatus 3 est marinus. Denique in feram incidens marinam, periit; nec in mari deinceps prodeunte, fabulati sunt homines, ipsum habitare in eo, & sedem habere.

* * *

NOTÆ

d διέτριψεν. e συγκλείσας. f ἐπυνθάνετο τῶν πολιτῶν.

NOTÆ
AD CAP. XXVIII.

Περὶ Γλαύκου τοῦ θαλαττίου. *De Glauco marino.*) Πόντιον appellat Philostrat. Icon. lib. II. Legi possunt, præter alios, interpp. Ouid. ad metam. XIII. 989. Pausan. in Bœot. In balænam versum scribit Strabo, lib. IX. & de eo alia passim afferunt alii. Artem Glauci, aquis submersi, peculiarem & maxime admirandam fuisse prodit Eusebius, verbis Marcelli Ancyratis, libro quem contra eum scripsit I. c. 3. Conf. & Philostratum loc. cit.

1. Κολυμβῶντος δέ.) Quid si legatur κολυμβῶντος μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ λιμένι, ὁρώντων δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει. Tollius κολυμβῶντα legit, & satis apte.

2. Ποῦ διέτριβε.) Msc. ποῦ διέτριψεν ἡμέραν. Vix melius; quantum ad vocem postremam. Notio autem est plusquamperfecti, quam interdum sustinent aoristi.

Καὶ συγκλείων εἰς αὐτόν.) Relatiuum αὐτὸν respicit hic substantiuum remotius, τόπον. *Vnum in locum.* Rectius, si sensum spectes, *in eundem locum*, cuius supra fecit mentionem. Similis quoque connexio relatiui cum nomine remotiore in sermone Hebræo, Iobi cap. I. 20. 21. in quo relatiuum שמה non ad בטן sed ad remotius ארץ siue vt illic est ארצה referri potest. Locum integrum adscribere nihil attinet. Latina autem ita habent: *Procidit in terram*

Iobus, *inuoluauit se, & dixit: Nudus egressus sum ex vtero matris meæ; nudus reuertar ILLVC.* scilicet in terram. Eodem modo in versione Græca LXX. interpp. verba ἀπελεύσομαι ἐκεῖ, ad versum antecedentem referri debent. Siquidem id tantum nunc agendum est, vt ostendatur, explicationem eorum, qui hoc pacto hunc locum exponunt, non omni prorsus carere exemplo. Et quanquam huius interpretationem loci parum ad has curas pertinente opera nunc non affero: ne tamen postquam eum attigi, in his hæreat vel subsistat iuuentus (huic enim hæc scribo) non monstrato eo, quod hac in re præcipuæ esse solet obseruationis: primum breuiter addo, non habere hanc ad remotius relationem locum, nisi vbi euidentem eius adhibendæ necessitatem habent exempla; & sine ea sensus vel ineptus est, vel ab instituto alienus, aut locis aliis clarissimæ veritatis contrarius. Deinde commodius minusque coactum videri, quod particulam שמה *illuc*, uniuersali notione nonnulli explicant, vt notet quidem in genere terminum aliquem, *ad quem* morientes abeunt: qui tamen in specie, vt loquimur, non sit idem ille, *a quo* in hunc mundum nascentes homines veniunt: nec enim potest, Ioh. III. 4. sed in communi terminus aliquis, seu locus vel status; qui quia omnibus est notus, non propria, sed vniuersali quasi notione exprimitur. Cuiusmodi conciso vel abrupto loquendi genere, vt annotat Mercerus, vti amant, qui nimio dolore grauantur; quod hic vel maxime Iobo accidit. Explicaret aliquis indefinitam hanc notionem particulæ שמה vel *illuc*, ver-

verbis Aiacis apud Sophoclem v. 700. εἶμ' ἐκεῖσε ὅποι πρευτέον. *Vado illuc, quo eundum est.* Sic Germani de abeuntibus ad locum, quem propria expressaque non signant notione, interdum solis vocibus fahr dahin vel gehe fort / vtuntur. Quomodo & parallelum locum Ecclesiastæ cap. V. 14. recte reddidit Lutherus per voces dahin fahren. Vbi in Hebræo vniuersalis illa notio communis termini *ad quem*, non exprimitur particula שמה, sed in verbo ישוב latet. Relatio enim ad locum certum & determinatum, vel indicatum antea, exprimitur per vocabulum dorthin. Vnde est phrasis, Hebrææ huius loci respondens, dahin fahren / & er fahret dahin. Quæ verba ante hanc non ineptam Coccei ad hunc locum notationem, iam dudum fuerunt in vtraque Lutheri versione, in Iobo pariter & in Ecclesiaste. Et verbis, opinor, magis quam sensu discrepant versiones Belgicæ, quarum quæ vetustior: *naeckt sal ick derwaerts varen*: recentior: *naeckt sal ick daer henen wederkeeren.* Locum autem Ecclesiastæ, illa: *so vaert hy weder wech*: hæc: *alsoo sal hy naeckt wederkeeren.* Nec incommode locum hunc Iobi & Salomonis, Hungari, Poloni, Dani, Slaui, aliæque Gentes & nationes lingua sua reddidere. Minus, inquam, coacta hæc explicatio, mihi quidem, videtur (absolute & simpliciter de interpretatione loci quidquam statuere in præsens meum non est) quam si dicas, particulam *illuc* referri quidem ad vterum matris; sed matris communis terræ: vt eam & sacri scriptores appellant & cæteri. Ita sentire licebit, pace, spero, Drusii; cui hæc de matre communi explicatio plus vice simplici placere videtur.

Paulo aliter tamen, atque Cl. Brunnerus, qui recens admodum in Iobum prodiit Commentator *Sebaſtianus Schmidt*, Theologus Argentoratenſ. *Quid ſit*, ſcribit, *REVERTAR ILLVC, quæritur. Nam certum eſt, quod nemo in vterum matris ſuæ reuertatur. Sepulcrum itaque intelligit* Chaldæus, Abben-Eſr. R. Sal. *puluerem.* Rambam, *ventrem terræ. Quæ eadem ſunt. Scribit* Mercerus, Vatablus, Tremell. *Tremellio quidem durum viſum; ideo rationem hanc reddit, quod Iobus reſpexerit terram, in quam ſe proiecerit, q. d. huc, quo me proieci.* Deodatus *ait, quod Iobus digito terram monſtrauerit. Quod etiam Belgæ habent.* Alii *aliud dicunt.* Cocceius *ambiguus eſt inter varias ſententias. Præferre tamen videtur Lutheri verſionem,* dahin fahren. *i. e. diſcedere, ſimpliciter. Sed plerique iſti, ſi non omnes, negligunt verbum REVERTI: quod reditum eo, vnde egreſſus contigit, vrget. Equidem vnicuique liberum iudicium relinquo. Interim mihi videtur, quod Iobus referat τὸ* שמה & אשוב *ad vterum matris; ſed eleganti tropo; quod non in vterum matris reuertatur, ſed quaſi eo reuertatur: ſignificetque, quæ ſit natura mortis piorum. Hi quemadmodum ante natiuitatem in vtero incluſi erant: ſic quando moriuntur, non pereunt, ſed quaſi in vterum matris redeunt, vt inde excludantur denuo, & felicius, in reſurrectione mortuorum. Scilicet corpus eorum a DEO cuſtoditur, vt os non frangatur pereatque; ſpiritus autem in manu DEI eſt. Noluit itaque ſanctus vir vlla voce aut phraſi vti, ex qua interitus totalis per mortem colligeretur.* Ad cap. I. d. l. v. 21. p. m. 50. ſeq.

Cæ-

Cæterum vt ad id vnde digreſſus ſum redeam, etiam in ſcriptoribus ſacris relatiuum interdum ad remotius referri, præteritis propioribus, non vno ex loco oſtendit Flacius in Claue ſcripturæ, part. II. tract. 3. p. m. 262. & poſt eum Glaſſius, Philol. ſacr. lib. III. tract. 1. can. 10. ex quibus ſatis erit hæc attuliſſe. Num. XXV. 4. *Tolle cunctos principes populi & ſuſpende eos.* Non cunctos principes ſuſpendere iubetur Moſes, ſed *initiatos Beelphegor* idololatras; vt eſt verſu antecedente tertio. Ita quidem ſecundum vulgatam verſionem explicari locus poteſt: nam alios aliter vocem הֹוֹשִׁיעַ capere video. Pſal. XCIX. 6. 7. *In columna nubis loquebatur* (Deus) *ad eos*: Moſen ſcilicet atque Aronem, non Samuelem, etſi ejus nomen propiore ante relatiuum ſit loco: & particula relatiua *eos* in priore verſu tres illos omnes juxta reſpiciat. 2. Theſſ. II. 9. *cuius* (non Domini, ſed Antichriſti, τῦ ἀνόμυ) *aduentus eſt ſecundum operationem Satanæ.* Ioh. VIII. 44. Diabolus *cum loquitur mendacium, ex proprio loquitur; quia mendax eſt, & pater eius*, mendacii nimirum non mendacis Diaboli: neque enim Diabolus patrem habet. Vt multum lapſus ſit Nonnus, qui Iohannem Euangeliſtam carmine reddidit; & hunc quidem locum ita:

Ψεύσης ἀυτὸς ἔφυ, ψευδήμονος ἐκ γενετῆς.

Mendax ipſe eſt, mendace ex patre.

Vide Glaſſium l.cit. & Caſauboni planiores quam Camerarii ad iſtum diui Iohannis locum notas. Huc etiam referunt locum Marci VI. 14. vbi verba, ob lon-

longiorem ab eo, ad quod referuntur, distantiam, in parenthesin redacta videmus. Sed & ipsius verbi talis est relatio ad remotius, apud eundem Marcum Cap. II. 13. Alia non addo. An vero talis relatio non absurde etiam ad hunc, de quo agere cœpi, locum Iobi applicari possit, mihi quidem operose disputandum non est, cui non tam propositum fuit id asserere, quam asserentium in gratiam hunc Palæphati locum iis addere, quæ & in hac disputatione, & alias vulgo afferri solent. Eoque & illa, quæ in hac quæstione & opponi & reponi posse scio, nunc inter se non contendo. De cætero, vt se habent sequentia, videtur in hac periodo aut mendum esse, aut certe ἀναχόλωθον; si quidem ab hac lectione nulla parte recedendum sit. Nam alias legi posset, ὅπως ὅτι χειμὼν γένοιτο, vel aliter; sequentibus deinde, vt postulat connexio, cæteris.

3. Ἐμύθευσαν.) Diuersa multum in Msc. verba, nescio an ipsius Palæphati. Ἐμύθευσαν οἱ ἄνθρωποι καὶ ἐν βαλάτῃ τὸ λοιπὸ λέγοντα.

* * *

CAP.

ΚΕΦ. κθ'.

ΠΕΡΙ ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΟΥ.

Φασὶν, ὅτι Βελλεροφόντῃ ὑποπτερος ἵππος Πήγασος ἔφερεν. ἐμοὶ δὲ ἵππον μὲν οὐδέποτε δοκεῖ διὰ τοῦ πτασθαι, οὐδ' εἰ πάντα τὰ πτηνῶν περιλάβοι. εἰ γάρ ποτε τοιοῦτον ζῶον ἦν, καὶ νῦν ἂν εἴη. τοῦτον δέ φασι καὶ τὸν Ἀμισοδάρου Χίμαιραν ἀνελεῖν. ἦν δὲ ἡ Χίμαιρα, ὡς φασι, ἔμπροσθεν μὲν λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέση δὲ χίμαιρα. ἔνιοι δὲ ἃ δοκοῦσι τοιοῦτον ζῷόν τι θηρίον, τρεῖς ἔχον κεφαλάς. ἀδύνατον δὲ λέοντα καὶ ὁμοίαν τροφὴν χρῆσθαι· καὶ τὸ θνητὸν ἔχον φύσιν πῦρ ἀποπνέειν, ἔυηθες. ποίας δὲ τῶν κεφαλῶν τὸ σῶμα ἐπηκολούθει; τὸ δὲ ἀ-

CAP. XIXV.

DE BELLEROPHONTE.

Ferunt, quod alatus equus Pegasus Bellerophontem gestarit. Mihi autem videtur equum minime posse volare, nedum si omnium auium pennis indueretur. Si enim tale animal quandoque fuisset, etiam nunc supereset. Aiunt præterea, ipsum Amisodari Chimæram interfeciſſe. Erat autem Chimæra, vt vulgo putant, ante leo, post vero draco, in medio autem capella. Multi arbitrantur, eiusmodi fuisse animal, quod tria haberet capita. Impossibile autem, leonem & capellam eodem alimento vti; quodque mortalem habet naturam ignem spirare, est fatuum. Quodnam enim istorum capitum

a ἔνιοι δέ. b vide notas.

ληθὲς οὕτως ἔχει. Βελλεροφόντης ἦν Φρύγιος ἀνὴρ, τὸ γένος Κορίνθιος, καλὸς καὶ ἀγαθός. ὃς πλοῖον κατασκευάσας μακρὸν, ἐληίζετο τὰ παραθαλάσσια χωρία. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ d Πήγασος, ὡς καὶ νῦν ἕκαστον τῶν πλοίων ὄνομα ἔχει. μᾶλλον δὲ δοκεῖ πλοίῳ ἢ ἵππῳ ὄνομα εἶναι Πήγασος. βασιλεὺς δὲ Ἀλισόδαρος ᾤκει ἐπὶ τῷ Ξάνθῳ ποταμῷ. ὄρος δὲ ἦν ὑψηλὸν ὑπ' αὐτῷ, ᾧ ὄνομα Τελμισσός. πρὸς ὃ δὴ ὄρος προβάσεις εἰσὶ δύο ἔμπροσθεν ἐκ πόλεως τῶν e Ξανθίων, τρίτη δὲ ὄπισθεν τῆς Καρίας, τὰ δ' ἄλλα κρημνός. ἐν δὲ τῷ μέσῳ αὐτῶν χάσμα ἐστὶ τῆς γῆς μέγα, ἐξ οὗ δὴ καὶ πῦρ ἀναδίδοται f. ἐπὶ τούτοις δέ ἐ-

corpus sequeretur? Sed veritas ita se habet. Bellerophon erat vir Phrygius, genere Corinthius, pulcher probusque, qui constructa longa naui regiones ad mare positas deprædabatur. Naui autem nomen erat Pegasus, vt & nunc singulæ nauium proprium habent vocabulum: & consentaneum magis est, naui potius, quam equo Pegasi nomen
4 fuisse. Rex porro Amisodarus habitabat ad Xanthum flumen; cui mons præaltus adiacebat dictus Telmissus: ad cuius anteriorem partem ascensus duo sunt ex vrbe Xanthiorum, tertius vero retro ex Caria, reliqua præcipitia: in quorum medio hiatus terræ ingens, vnde & ignis exæstuat. Supra hæc mons item alius, cui no-
5 men Chimæra: cuius ascen-

d Πέγασος. vide notas. e τῆς. f ἀναφέρεται.

σιν ἕτερον ὄρος, ᾧ ὄνομα Χίμαιρα. τότε δὲ λιὼ ὡς λέγουσιν οἱ πρόσχωροι, κατὰ μὲν τὴν πρόσοψιν g οἰκῶν λέων ἔμπροσθεν, ὄπισθεν δὲ δράκων· οἱ δὴ καὶ ἔσινον τοὺς νομέας, καὶ τοὺς ὑλοτόμους. τότε δὴ καὶ Βελλεροφόντης ἐλθὼν, τὸ ὄρος ἐνέπρησε, καὶ ἡ Τελμισσὸς h κατεκάη, καὶ τὰ θηρία ἀπώλετο. ἔλεγον δὲ οἱ πρόσχωροι, Βελλεροφόντην ἀφικόμενον μετὰ Πηγάσου, τὴν Ἀμισωδαρὸς Χίμαιραν ἀποκτεῖναι. τούτου δὲ γενομένου i προσανεπλάσθη ὁ μῦθος.

scensum anteriorem, vt memorant accolæ, leo inhabitabat, posteriorem vero draco; qui pastoribus etiam, & lignatoribus vim inferebant. Quo tempore Bellerophon adue- 6 niens, montem exusit, atque ita combustus Telmissus, & feræ perierunt. Hinc dixere accolæ, Bel- 7 lerophontem cum Pegaso suo accedentem Amisodari Chimæram interfecisse: ex quo euentu conficta est fabula.

NOTÆ
AD CAP. XXIX.

Πήγασος. *Pegasus.*) Videatur μυθολογῶν Hesiodus θεογον. 280. seqq. Per Pegasum Physice quidam intelligunt fontes (& congruit nomen Πηγὴ) qui instar equi alati summa sæpe montium cacumina petunt, & in eis scaturigines faciunt. De Hippocrene videatur Pausanias in Bœoticis & Corinthiac. &

g vide not. h ἡ τελμήσσιος ὕλη. i καὶ τούτου γενομένου.

& Strabo lib. VIII. & alii. Plinius lib. X. cap. 49. Pegaſos equino capite fabuloſas volucres fuiſſe ait. (Lege vero & lib. VIII. cap. 21.) Solinus autem cap. XXX. Æthiopiæ auem nihil equinum præter aures habentem. Nauem autem Pegaſi nomine intellectam, cuius in prora inſigne vel paraſemon fuerit equus alatus, non abhorret a vero. Quod enim in terra equus, id in mari nauis. Et Pegaſus Neptuni proles. Neptunus autem Hippius, ſiue equeſtris dictus. vide Ariſtophan. Nub. Act. I. ſcen. 1. Voſſ. de Origine & Progreſſ. Idol. lib. I. cap. 15. aliosque. Ioh. Tzetzes chil. VII. hiſt. 149. οἱ περὶ Ἀδρίαν ἵππους φασὶ τὰ πλοῖα. Comparationem nauium & equorum ita perſequitur Euſtath. ex Homer. Odyſſ. N. 81. ſeq. ὡς γὰρ ἵπποι, inquit, τρέχοντες ἐκ τῶν ὄπισθεν διεγείρονται πληττόμενοι, ἕτω καὶ ναῦς ἐλαυνομένη ἀνέμοις ἐκ τῆς πρύμνης κυβίζεται. vt conſentaneum omnino ſit vero, Pegaſum, qui in fabulis eſt equus, re ipſa nauem fuiſſe. Nec repugnat etymon. Poteſt enim a πηγνύω deduci, vel ab antiquo πήγω. vt πήγασος nauis fuerit, ex pluribus lignis tabulisque compacta. Pegaſum autem alatum dixerunt, vel quia inſigne nauis erat equus alatus, vt iam dictum; vel quia vela & remi, nauium quaſi alæ ſunt, ſecundum eundem Tzetzen l. cit. itemque Chil. I. hiſt. 19. Iſaacium in Lycophr. & alios. Fulgentius Mythologicôn tertio, ſub initium, ad moralem hæc referens Philoſophiam, per Bellerophontem virum prudentem, per Pegaſum ſapientiam, per Chimæram intelligit amorem. Sed ἐτυμολογίαι, quas affert nominum, non

omnes

omnes æque probæ sunt. Concinnior eius est allegoria sub finem lib. I. *Perseus caput Medusæ amputat*, id est, virtus vel fortitudo terribilia superat, *ope Palladis*, hoc est, sapientiæ. *Ex sanguine nascitur Pegasus*, equus alatus. Ex superatis aduersis, victisque difficultatibus, fama oritur. Ea *fontem aperit Musis*, id est, materiam dat ingeniis, perennibus monumentis heroica celebrandi facta. Andreas Alciatus Mediolanens. IC. consilio & virtute Chimæram superari debere iudicat, Embl. XIV. h. m.

Bellerophon vt fortis eques superare Chimæram,
Et Lycii potuit sternere monstra soli.
Sic Tu Pegaseis vectus petis æthera pennis,
Consilioque animi monstra superba domas.

Conf. ad hoc Alciati embl. Claud. Minos, Franciscus Sanctius, Brocensis, itemque Laurent. Pignorius, Patauinus; quorum commentarios mire mistos, vno edidit volumine Ioh. Thuilius, Mariemont. Tirol. Patauii 1621. 4. Bellerophontem Astrologiæ studiosum fuisse, scribit Lucianus dial. de Astrologia: atque ideo traditum alato equo, sed οὐχὶ τῷ ἵππῳ, vt ait ipse, ἀλλὰ τῇ διανοίῃ, in cœlum subvolare voluisse. Io. Tzetzes l. c. de mutata ob insolentiam in peius fortuna interpretatur. Physice per Pegasum vapores intelligi posse, docet Vossius Theol. Gentil. l. III. c. 99.

Δύνασθαι ἵπτασθαι.) Vt cap. XVI. Διανήξασθαι δύνασθαι. Et quanquam similia apud alios etiam occurrant, magis tamen hoc loco placet Msc. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τοιοῦτον ἵππον οὐδέποτε γενέσθαι.

A-

Ἀμισοδάρε. *Amiſodari.*) Regis, vt quidam tradunt, vel hoſtis Lyciæ, in qua Chimæra fuit. vide Homer. Iliad. II. 328. Apollod. Biblioth. lib. II. aliosque. Iſaran Lycii appellarunt. Plutarch. lib. de virtutibus mulierum.

1. Ἔμπροσθεν μὲν λέων. *Ante leo &c.*) Homer. Iliad. Z. III. & Heſiodus Theogon. v. 323.

Πρόσθε λέων, ὄπισθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Ad quæ vix dubium quin reſpexerit Noſter. Ouid. metam. lib. IX. 648.

—— mediis in partibus hircum,
Pectus & ora lea, caudam ſerpentis habebat.

Lucret. lib. V.

Qui fieri potuit, triplici cum corpore vt vna,
Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra,
Ore foras æstum, flaret de corpore flammam.

Τρεῖς ἔχον κεφαλάς. *Quod tria haberet capita.*) Heſiodus lib. cit. v. 321. de Chimæra:

Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί, μία μὲν χαροποῖο λέοντος,
Ἡ δὲ χιμαίρης, ἠδ' ὄφις κρατεροῖο δράκοντος.

A medio igitur capellæ capite appellata Chimæra. In Noſtro autem, poſt illa quæ allegaui τρεῖς ἔχον κεφαλὰς, deeſſe videtur, ſi ſequentia reſpicias, καὶ τάυτας πῦρ ἀποπνευσάσας, aut aliquid tale. Cæterum fabulam Chimæræ varie admodum explicant autores. Plutarchus, libello de virtutibus mulierum, Chimæram Ducem Amiſodari fuiſſe, ait, hominem crudelem & piraticam exercentem; cuius nauis in pro-

prora leonis, in puppi draconis habebat insigne. Hunc Pegaso persecutus Bellerophontes interemit. Mox subiicit, alios tradere, Chimæram montem fuisse, qui reflexis solaribus radiis subiectam planitiem nimium torrebat. Bellerophontem vero eam montis partem, quæ radios reflectebat maxime, excidisse. Plures, montem fuisse Lyciæ igniuomum, scribunt, in cuius summa parte leones; in medio, pascuis ubere, capræ; ad radices autem serpentes erant. Videatur Seruius ad illa Æneid. VI. 288.

____ flammisque armata Chimæra.

Hunc Bellerophontes habitabilem fecit, vnde & Chimæram occidisse dicitur. Plin. lib. II. c. 106. *Chimæræ montis* meminit, *in Phaselide flagrantis immortali diebus ac noctibus flamma.* Lib. V. cap. 27. *in Lycia*, ait, *mons Chimæra, noctibus flagrans.* Aliis iterum Chimæra mulier est Amisodari, cuius fratres Leonem & Draconem, Lyciæ infestos, Bellerophon superauit. Io. Tzetzes per duo Chimæræ capita Solymos debellatos intelligit & Amazonas; per tertium Draconis, insidias, quas illi struxit Iobates. Si recte Tzetzen capio, non recte eum explicat Natalis lib. IX. cap. 3. quasi per tria hæc capita tres a Bellerophonte superatos populos ille intelligat. Alii, ex Solino, tres montes notari, tradunt: Vesuuium in Campania, Ætnam in Sicilia, in Lycia Chimæram. Barth. Merul. ad IV. lib. Trist. Ouid. eleg. 6. Physice quidam per Chimæram fluminum varietatem adumbrari, putant. Nam χείμαῤῥοι, & ex imbribus nati, leonum violentiæ comparantur; alii caprarum more proxima quæque carpunt raduntque

que; poſtemo ſerpentis in morem obliquus & contortus eſt fluuiorum curſus. Plura ad hanc fabulam pertinentia paſſim conſignauit Euſtathius, prolixe in primis ad cit. loc. Iliad. Z. 181.

2. Ἀδύνατον, λέοντα ὁμοίᾳ τροφῇ χρῆσθαι. *Impoſſibile, leonem eodem alimento vti.*) Mſc. Toll. λέοντα καὶ αἶγα. Meus: ὄφιν, λέοντα καὶ αἶγα. ὄφιν appellat draconem, vt & ſupra Heſiodus; & auctores alii his vocibus promiſcue vtuntur. Quid tamen inter ſerpentem, ſtrictius accepto vocabulo, & draconem interſit, vide apud Voſſ. Theol. Gentil. lib. IV. c. 58.

Ποίαις.) Forte melius πολιᾷ.

3. Βελλεροφόντης ἦν Φρύγιος ἀνὴρ, τὸ γένος Κορίνθιος. *Bellerophon erat vir Phrygius, genere Corinthius.*) Bellerum, principem inter Corinthios virum, interfecerat, vnde Bellerophontes appellatus, qui antea Hipponus dicebatur. Euſtath. & Didymus ad Iliad. Z. v. 155. Apollodorus autem aliter. Patria vero Corinthium fuiſſe, conſtat, & ob cædem Corintho profugum non in Phrygiam, ſed Argos exulatum iuiſſe. Vnde poſtea fraude Anteæ, vxoris Prœti, ad Iobaten Lyciæ Regem miſſus, vt occideretur; ab eo, ob virtutem, adſcitus gener, & parte regni donatus eſt; vt docent Homerus, Apollodorus, & ex Aſclepiade Didymus, loc. cit. Mſc. Rau. verba, Φρύγιος ἀνὴρ, omittit. Iſaacius Tzetzes, commentario in Lycophronem, Phrygiæ Præfectum fuiſſe, memorat. Si in proſa vſitatum ſatis eſſet ἐφυγαῖος ἀνὴρ, quem-

admo-

admodum, ne alia memorem, apud Ouid. legimus lib. I. de arte, *Ephyræa Creuſa*, (Corinthus olim Ἔφυρα dicebatur. Steph. de Vrb. Strab. lib. VIII.) videri poſſet illud, τὸ γένος Κορίνθιος, ex margine irrepſiſſe. Sed huic coniecturæ vix modicum eſt, quod vel ipſe tribuerim.

Ὄνομα δὲ ἦν τῷ πλοίῳ Πήγασος. *Naui nomen erat Pegaſus.*) Scilicet Pegaſus, vel equus alatus, paraſemon erat nauis; vnde olim naues, vt hodie plerumque, ex figuris pictis in puppi, nomen habebant.

4. Ὄρος δὲ ἦν ὑψηλὸν ὑπ' αὐτῷ, ᾧ ὄνομα Τελμισσός.) Mſc. Ὄρος δὲ ἦν ὑψηλόν, ἐξ οὗ ἡ Τελμισσὶς ὕλη περιέχυται. Et ad finem capitis, pro Τελμισσὸς κατεκάη, ἡ Τελμίσσιος ὕλη κατεκάη. vt non mons, ſed ſylua eius nominis ad Xanthum amnem fuerit. Vide notas Cl. Tollii ad hunc locum, & emendationem lectionis.

5. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἄλλην ἕτερον ὄρος.) Rectius Mſc. Conſtant. cum Tolliano; Τούτῳ δὲ τῷ ὄρει ὄνομα ἦν χίμαιρα.

Κατὰ μὲν τὸν πρόσθεν.) Lectionem planiorem & emendationem Tollii confirmat Mſc. Κατὰ μὲν τὸν πρόσθεν οἰκῶν πρόσθεν λέων, τὸν δὲ ὄπισθεν δράκων.

* * *

Κεφ. λ.

ΠΕΡΙ ΠΕΛΟΠΟΣ ΚΑΙ τῶν ἵππων.

Φασὶν, ὅτι Πέλωψ ἦλθεν, ἔχων ἵππους ὑποπτέρους, εἰς Πίσσαν, μνηστευσόμενος Ἱπποδάμειαν τὴν Οἰνομάου θυγατέρα. ἐγὼ δὲ τὰ αὐτὰ λέγω καὶ περὶ τοῦ Πέλοπος, ἅπερ καὶ περὶ τοῦ Πηγάσου. εἰ γὰρ a Οἰνόμαος ᾔδει ὑποπτέρους b τοὺς τοῦ Πέλοπος ἵππους, οὐκ ἂν δὴ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἔδωκεν περὶ c τὸ ἅρμα αὐτοῦ ἀναβιβάσαι. ῥητέον οὖν, ὅτι Πέλωψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον. ἐγέγραπτο d δὲ ἐπὶ τοῦ πλοίου e ἵπποι ὑπόπτεροι. ἁρπάσας δὲ τὴν κόρην, ᾤχετο φεύγων. ἀφ' οὗ ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

CAP. XXX.

DE PELOPE ET EQVIS.

0 Pelopen alatis equis venisse in Pissam, memorant, cum vxorem peteret filiam Oenomai Hippodamiam. Ego ve-
1 ro eadem de Pelope dico, atque dixi de Pegaso. Si enim sciuisset Oenomaus alatos esse Pelopis equos, vtique non permisisset, vt currum ipsius filia conscenderet. Censendum itaque, naui-
2 gio aduenisse Pelopa, in quo depicti erant equi alati; atque eo rapta puella, fuga sese subduxisse. Inde fabulæ origo.

(O)

NOTÆ

a ἐπεὶ ᾔδει. b ὄντας. c ἐπί. d ἐπεγέγραπτο. e τῆς σκευῆς.

NOTÆ
AD CAP. XXX.

Εἰς Πίσαν.) Ita & Poëta Euripides in Tauris. Πίσαν appellat Strabo lib. VIII. quin & Pind. Olymp. A. & alii paſſim. Vide Geſn. ad Ælian. Var. IX. 2.

1. Τὰ αὐτὰ λέγω καὶ π. τ. π. α. κ. π.] Πηγάσῳ. *Eadem de Pelope dico, atque de Pegaſo.*) Vulgo traditur, Pelopen, poſtquam curuli certamine ſuperaſſet Oenomaum, præmium victoriæ retuliſſe filiam Hippodamiam. Vide Diodor. Sicul. lib. V. Pauſan. poſt. Eliac. Qui idem in Eliacis prior. & Arcadicis, naui in Elidem veniſſe cum Noſtro ſcribit.

Ἐπὶ τὸ ἅρμα ἀναβιβάσαι. *Ut currum conſcenderet.*) Oenomaus enim in hoc certamine, quod procis filiæ ea lege propoſuerat, vt victores potirentur virginis, victi amitterent vitam; id concedebat, vt eodem cum proco curru inter certandum veheretur virgo. Inde Ouidio ſub init. de arte, dicitur

Vecta peregrinis Hippodamia rotis.

Vide & Philoſtrat. Icon. lib. I. Calliditatem conſilii exprimit Lucianus in Charidemo. Ἠξίᾳ, inquit, αὐτὴν αὐτοῖς συναναβαίνειν, ὅπως ἀπεχόλέμενοι περὶ ταύτην, ἀμέλοιεν τῆς ἱππικῆς. *Iubebat eam conſcendere currum; quo videlicet proci, dum vultu in illam deſixo hærerent, interea aurigandi curruſ obliniſcerentur.* Idem innuit illud Ouidii, amorum lib. III. eleg. 2.

Ah quam pene Pelops Piſæo concidit axe,
Dum ſpectat vultus, Hippodamia, tuos.

2. Ἐγέγραπτο δὲ ὅτι τῷ πλοίῳ ἵπποι ὑπόπτεροι.) Mſc. ἐπεγέγραπτο. Videtur autem hæc orationis forma, ſi quidem in ea nihil mutatum eſt, τεχνικῶς reſpicere titulum & appellationem paraſemi. Eſt vero & dialectorum interdum quædam in numeris Enallage.

Κεφ. λα.

ΠΕΡΙ ΦΡΙΞΟΥ ΚΑΙ ΕΛΛΗΣ.

Ἱστοροῦσιν ὡς ὁ κριὸς αὐτῷ ο πτερόλεγεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτὸν μέλλει θύειν. καὶ λαβὼν τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ, ἀναβάς τε ἐπ' αὐτὸν σὺν αὐτῇ, διὰ τῆς θαλάσσης ἀφίκοντο [a] εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. ὅπερ δὴ δύσπιστον, 1 τὸ, ὡς πλοῖον τὸν κριὸν διανήχεσθαι, καὶ ταῦτα βαστάζοντα δύο ἀνθρώπους. καὶ πῶς τὰ σιτία, καὶ ποτὰ, καὶ αὐτῷ, καὶ ἐκείνων [b]; οὐ γὰρ δὴ πού 2 ἀσιτοι τοσοῦτον χρόνον διέμειναν. εἶτα Φρίξον τὸν 3 τὴν σωτηρίαν [c] αὐτοῦ φράσαντα κριὸν, καὶ διασώσαντα σφᾶς, καὶ τὸ

CAP. XXXI.

DE PHRIXO ET HELLE.

Arietem ſcribunt Phrixo prædixiſſe, futurum, vt illum pater Diis immolaret; atque cum aſſumta ſorore arietem conſcendiſſe, & perueniſſe in pontum Euxinum. Creditu vero perdifficile, arietem, duos quidem homines portantem, nauis inſtar fretum transnatare. Et vbi alimentum potusque & huius, & illorum? neque enim tantum temporis transigere ſine cibo potuere. Phrixus deinde, cum ſalutis ſuæ autorem, ſeruatoremque ma-

[a] ἀφίκετο. [b] vide notas. [c] αὐτῷ.

δέρμα ἀποδείρας ἔδωκεν ἔ-
δνον Αἰήτῃ. ὁ δὲ ἔδωκε τῆς
ἑαυτοῦ θυγατρός· ὁ δὲ
Αἰήτης τῶν Κόλχων τότε
ἐβασίλευεν. ὅρα δὲ, τότε 4
πῶς καὶ τὰ δέρματα σπά-
νια ἦν, ὡς τὸν βασιλέα
ἔδνον ἰδίας θυγατρὸς τὸ
κώδιον λαβεῖν. οὕτω τοῦ μη-
δενὸς ἀξίαν τὴν ἑαυτοῦ θυ-
γατέρα ἐνόμιζεν. ἤδη δέ 5
τινες ἵνα τὸν γέλων d ἐκφύ-
γουσι, χρυσοῦν φασιν εἶναι
τὸ δέρμα τουτί. εἰ χρυσοῦν
τὸ δέρμα ἦν, οὐκ ἐχρῆν
τὸν βασιλέα λαβεῖν πα-
ρὰ ἀνδρὸς ξένου. λέγεται
δὲ, ὅτι καὶ Ἰάσων ἐπὶ τὸ
κώδιον τοῦτο τὴν Ἀργὼ ἔ-
στειλε, καὶ τοὺς ἀρίστους τῶν
Ἑλλήνων. ἀλλ' οὐδ' ὁ Φρί- 6
ξος οὕτως ἀχάριστος ἦν,
ὥς τε τὸν εὐεργέτην ἀνε-
λεῖν· οὔτ' εἰ σμαράγδιον ἦν
τὸ κώδιον, ἐπέπλευσεν e ἡ
Ἀργὼ δι' αὐτό. τὸ δὲ ἀ- 7
ληθὲς οὕτως ἔχει. Ἀθά-
μας ὁ στόλου g τοῦ Ἕλληνος,

mactasset, & pellem detraxisset, muneris loco Æëtæ dedit, Colchorum tum Regi, filiæ causa. At considera, quanta istac tempestate vellerum fuerit raritas, vt etiam Rex in dotem propriæ filiæ vellus acceperit, tam parui filiam suam existimans. Nonnulli vero, vt risum effugerent, auream dixerunt pellem fuisse. At si aurea fuerit, non oportuit Regem illam accipere a viro peregrino, & hospite. Addunt etiam, quod Iason Argo nauem, & Græcorum optimos, eo miserit. Sed neque Phrixus adeo ingratus fuit, vt seruatorem sui interemerit; & licet smaragdium vellus exstitisset, non ad hoc Argo nauigasset. Verum ita sese habet veritas: Athamas, Æoli Hellenis filius, Phrygiæ

d γέλωτα. e ἔδραμεν. f ἐπ' αὐτό. g Αἰόλου.

ἐβασίλευσε τῆς Φρυγίας h ἦν δὲ αὐτῷ ἀνὴρ ἐπίτροπος τῶν χρημάτων i, ὃν μάλιστα πιστὸν k ἡγεῖτο, ὀνόματι Κριός. ὃς αἰσθόμενος τὸν Ἀθάμαντα ἀποκτεῖναι ἐθέλοντα τὸν Φρίξον δηλοῖ τοῦτο τῷ Φρίξῳ. ὁ δὲ Φρίξος l κατεσκεύασε ναῦν, καὶ ἐνέθετο ἐν αὐτῇ χρήματα πάμπολλα, ἐν ᾗ νηῒ καὶ ἡ μήτηρ Πέλοπος. ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἠώς. καὶ αὕτη ἐκ τῶν αὐτῆς χρημάτων εἰκόνα ποιησαμένη χρυσῆν ἐνέθετο. σὺν τοῖς χρήμασι γοῦν καὶ Φρίξον, καὶ Ἕλλην ὁ Κριὸς ἐν ταύτῃ ἐνθεὶς, ᾤχετο ἀπιών. ἡ μὲν οὖν Ἕλλη κατὰ τὸν πλοῦν ἀσθενήσασα, ἀπέθανεν. ἐξ ἧς καὶ Ἑλλήσποντος ἐκλήθη. αὐτοὶ δὲ ἀφικόμενοι εἰς τὸν Φάρον m κατοικοῦσιν αὐτοῦ n. καὶ γαμεῖ Φρί-

giæ imperabat; rerumque suarum habebat inspectorem, quem maxime fidum, & dignum arbi-
8 trabatur, nomine Crium, siue Arietem. Hic, postquam animaduertit, animum Athamanti esse Phrixum interficiendi, rem continuo illi significauit; qui nauem construxit, ac magnam auri vim imposuit: interque alia mater aderat Pelopis, Aurora; quæ ipsa ex pecuniis suis auream,
9 quam confecerat, statuam secum tulit. Crius itaque cum Phrixo, & Helle, ac diuitiis eorum, mare ingressus est: & Helle quidem, ex nauigatione contracto morbo, exspirauit, atque ab
10 ea nomen Hellespontus obtinuit. Ipsi vero in Pharum delati, sedes ibi figunt: ducitque Phrixus

h Φ[illegible]ας. i πραγμάτων. k καὶ πλείστου ἄξιον.
l [illegible]ιός. m Κόλχους. n ἐκεῖ.

ξος τὴν τοῦ τῶν Κόλχων βασιλέως θυγατέρα Αἰήτου ο, δοὺς ἔδνα τούτῳ τὴν χρυσῆν εἰκόνα τῆς Ἠοῦς, ἀλλ' οὐχὶ δέρμα κριοῦ. οὕτως ἡ ἀλήθεια ἔχει.

xus vxorem Æëtæ Colchorum Regis filiam, in dotem ipsi dans Auroræ statuam auream; non autem vellus arietis. Atque hæc quidem veritas.

NOTÆ
AD CAP. XXXI.

Καὶ λαβών.) Planius fluet sententia, si legatur λαβὼν οὖν.

Διὰ τῆς θαλάσσης. *Per mare.*) Lucian. dial. de Astrol. δι' αἰθέρος. Per æthera. & fabulam explicat de Astrologiæ studio. Vide notata ad cap. XIII. & XXIX. Philostrat. Icon. lib. II. de Glauco, dicit, eos διὰ τοῦ οὐρανοῦ πορθμεῦσαι.

1. Τὸ ὡς πλοῖον.) Articulus τὸ in eiusmodi orationis forma sæpe πλεονάζει, aut id totum refert, quod antecessit. Infra Cap. XXXII. Τοῦτο γελοιότερον, τὸ ἄνδρα ζῶντα νεκροῦ ἰδόντα κεφαλὴν, ἀπολιθωθῆναι. Cap. XXXVIII. ὡς δὲ μάταιον, τὸ, ἄνδρας ἐκτίθεσθαι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας. Cap. XLIII. ἔδωκαν τιμὴν, τὸ, ἱέρειαν εἶναι τῆς Ἀργείας Ἥρας. vbi tamen Msc. hunc Articulum omittit. Et in Euangelio Lucæ cap. XX. 24. ἐγένετο φιλονικία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. Imo geminatur etiam in

o vide notas.

in tali orationis habitu Articulus, ita, vt prior in totum, quod ſequitur, poſterior eius aliquam partem reſpiciat. Exemplo eſſe poteſt locus Ariſtotelis, lib. III. de cœlo, cap. 2. ἄτοπον καὶ ἀδύνατον, τὸ ἄπειρον ἄτακτον ἔχειν κίνησιν. *Abſurdum & impoſſibile, id, quod infinitum eſt, habere motum inordinatum.* Porro in Mſc. non ὡς πλοῖον, ſed θᾶτ]ον νηὸς inuenio; & pro, καὶ πᾶ τὰ σιτία, continuo cum præcedentibus nexu, καὶ τὰ σιτια ἢ τοτα, καὶ αὐτῷ καὶ ἐκείνοις.

3. Τὴν σωτηρίαν αὐτὸ φράσαντα κριόν.) Suidas τὸ φράσας exponit ἐπινοήσας, *excogitans*; & adducit illud Sophoclis in Electra: Δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρως ὁ ἀποκτείνας. *Dolus erat, qui excogitauit* (conuiuium, in quo cæſus eſt Agamemnon) *amor* (quo Clytemneſtram deperibat Ægiſthus) *qui interfecit* Agamemnona. Heſych. φράζει, δεικνύει, σημαίνει. φρασῆρες, μηνυταί.

Ὁ δ' ἔδωκε τῆς ἑαυτᾶ θυγατρὸς, ὁ δὲ Αἰήτης &c.) Verborum ſeries minus commoda, & in Mſc. nihilo commodior, efficit, vt exiſtimem, luxatum hunc locum eſſe. Itaque cui hoc ὕπτιλον videbitur, legere poterit: ἔδωκεν ἔδναν Αἰήτῃ, ὁ ἔδωκε τῆς ἔνεκεν αὐτᾶ θυγατρός. ὁ δὲ Αἰήτης τῶν Κόλχων τότε ἐβασίλευεν. Poterit, inquam hac, aut alia feliciore vti coniectura. Sane illa ἑαυτᾶ θυγατρός, quæ infra recte ad τὸν βασιλέα referuntur, non poſſunt hic ad Phrixum pertinere.

5. Χρυσᾶν φασιν εἶναι τὸ δέρμα τοτί. *Auream dixerunt pellem fuiſſe.*) Natam fabulam putat Noſter a nomine κριᾶ, quod arietem ſignificat; & aurea ſta-

tua

tua Auroræ: quam exteriore parte μαλλωτὴν, seu ad similitudinem velleris forte finxerat statuarius. Suidas in voce δέρας, per aureum vellus librum intelligit, aut volumen pellis arietinæ, in quo descripta esset ars Chymica, seu auri conficiendi ratio. Plures de magna vi auri interpretantur; quam fugiens ex Græcia Phrixus in Colchidem secum abstulit, & repetiit Iason expeditione Argonautica. Varro lib. II. de R. R. c. 1. *Veteres Poëtæ --pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt.* Strabo lib. XI. de Colchide, & vicinis Caucaso monti populis agens, παρὰ τούτοις, inquit, λέγεται, καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάῤῥους. ὑποδέχεσθαι δ' αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρυμμέναις, καὶ μαλλωταῖς δοραῖς. ἀφ' οὗ δὴ μυθένεσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλον δέρας. Id est: *Fertur apud hos populos torrentes aurum vehere; idque barbaros excipere alueolis perforatis, & velleribus lanosis: atque inde esse aurei velleris fabulam.* Addunt alii, arenulas istas adeo exiles fuisse, vix vt conspici potuerint: ideoque pellibus villosis excipi solitas. Has autem, cum magno numero pilis hæsisset aurum, speciem præ se tulisse, ac si aureæ fuissent ipsæ. Videatur Sabinus ad metam. Ouid. lib. VII. Pertinent & illa ad hoc negotium, quæ apud eundem Strabonem legimus lib. I. de Argonautis. Diodorus Siculus lib. IV. c. 3. arietem insigne fuisse nauis tradit, qua vehebatur fugiens Phrixus: & subiicit, τὴν Ἕλλην δυσφεροῦσαν ἐπὶ τῇ ναυτίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ τοῦ τοίχου τῆς νεὼς ἐκκόπτουσαν, εἰς θάλασσαν πεσεῖν. *Hellen, euomituram,*

quam male ſuſtinebat, nauſeam, ex latere nauis in mare decidiſſe. Prolixius de Phrixo & Iaſone agit Apollodorus Biblioth. lib. I. Præter quem legi etiam poſſunt Hygin. Poët. Aſtron. lib. II. & Arat. Phœnom. de ariete. Multa paucis in hoc argumento non inepte complexus eſt Farnabius ad Ouid. metam. VII. fab. 1. ſub finem. Ex Dionyſio Mitylenæo traditur, Phrixo pædagogum fuiſſe nomine Κριὸν, vel Arietem, virum doctrina & virtute præſtantem, ideoque cognomento Aureum: captum a Colchicis & in cuſtodiam conditum. Noſter infra, itidem virum fuiſſe, dicit, ſed Πλέονον τῶν χρημάτων. Allegoriam diuitis indocti, qui vxori & aliis ſtolide obnoxius eſt, nobis reliquit Alciatus. Alii aliorſum hæc accommodarunt.

Οὐκ ἐχρῆν τὸν βασιλέα λαβεῖν ἀπὸ ἀνδρὸς ξένου. *Non oportuit Regem illam accipere a viro peregrino & hoſpite.)* Reges vel maxime oportet ab auaritia, ſordida præſertim, alienos eſſe. Neque tamen ad conditionem priuatorum modus ponendus Principibus in dandis accipiendisque muneribus. Adhiberi poteſt & locus, vbi de hoſpitalitate veterum ſermo eſt.

Ὅτι ἡμὶ Ἰάσων ε. τ. κ. τὴν Ἀργὼ ἔστειλε. *Iaſon Argonauem eo miſit.)* An pro Ἰάσων ſcribendum Πελίας; an potius recte ſe non habet verbum ἔστειλε, miſit? an autoritate illorum non ſtandum, qui, Iaſona non miſiſſe Argonautas, ſcribunt, ſed abiiſſe & ipſum expeditionis ſocium, vel Ducem?

6. Σμαράγδιον.) Subſtantiue σμαράγδιον γῆς μέταλλον Suidæ. In Apocalypſi Iohan. c. IV. 3. λίθος σμα-

σμαραγδίνος legimus. Smaragdorum decorem, æſtimatione Indorum, ſine auro maiorem eſſe, tradere videtur Plinius Nat. hiſt. lib. XXXVII. c. 5.

10. Εἰς τὸν Φάρον. *In Pharum.*) Pharus inſula ad Ægyptum, & in ea ſpecula, vti notum. Eſt & inſula Illyrica, maris Adriatici. Pharus locus ad os Ponti, a nautis ſic dictus. Ortelius ex Curopalata. Et aliis quoque locis idem nomen. Phaſis vrbs Colchidis fuit ad cognominem fluuium; ad quem, vt in fabulis eſt, Phrixus vectorem arietem Diis immolauit. Vide & Strabonem dicto loco libri I.

Βασιλέως θυγατέρα Αἰήτα.) Mſc. Βασιλέως χαλκιόπην θυγατέρα Ἀλήθα. Atque ita ad conjecturam, ad quam codex Tollii propius accedit; & conſentit in nomine virginis cum Apollodoro, & Iſaacio. Ἀλήθα autem mendoſum eſt, pro Αἰήτα. Alethes enim, Ægiſthi filius, regnum Mycenis occupauit. Hygin. Fab. 122. & alii multi.

Δὸς ἔδνα τούτῳ.) Phaſinianus legiſſe, aut legere voluiſſe videtur αὐτῇ, vel ταύτῃ. Autor ſupra;

τὸ δέρμα ἀποδείρας, ἔδωκεν ἕδνον
Αἰήτῃ.

* * *

CAP.

Κεφ. λβ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΦΟΡΚΥΝΟΣ ΘΥΓΑΤΕΡΩΝ.

Καὶ περὶ τούτων πολὺ γελοιότερον φέρεται λόγος, ὡς ὁ Φόρκυς εἶχε θυγατέρας τρεῖς, αἵτινες ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχουσαι, ἀνὰ μέρος ἐχρῶντο. τούτῳ a ᾗ ἡ χρωμένη, ἐνετίθει αὐτὸν εἰς τὴν κεφαλήν, καὶ ὅτως ἔβλεπε. καὶ μιᾶς αὐτῶν τῇ ἑτέρᾳ ἀποδιδούσης τὸν ὀφθαλμὸν, ἔβλεπον πᾶσαι. ἐλθὼν δ' ὁ Περσεὺς ὀπίσω αὐτῶν ἐν ἠρεμαίῳ βαδισμάτι, κρατήσας τὴν κατέχουσαν τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ ξίφος γυμνώσας, φησὶ δεῖξαι αὐτῷ τὴν Γοργόνα. ἐὰν δὲ μὴ φράσωσιν, ἀποκτεῖναι αὐτάς. αἱ φοβούμεναι φράζουσι. ὁ δὲ ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, εἰς ἀέρα ἦλθε. καὶ δείξας ταύ-

CAP. XXXII.

DE PHORCYNIS FILIABVS.

Etiam de his sermo fertur perquàm ridiculus; Phorcynem scilicet tres filias habuisse, quæ inter se vnum duntaxat oculum habentes, illo vicissim vtebantur. Cuius autem vtendi vices essent, suo illum imponebat capiti, atque ita videbat: & sic deinceps vna alteri oculum præbente, omnes conspiciebant. Perseus autem, cum a tergo illarum tacito gressu accessisset; ea, quæ tum oculum habebat, arrepta, gladioque stricto, iubet sibi Gorgonem indicari; alioquin se ipsas minatur interfecturum. Illæ metu percitæ produnt eam. Cuius ille capite amputato in aëra abiit, & Polydectæ ostendit

a τούτῳ.

τὴν τῷ b Πολυδέκτῃ, λίθινον τοῦτον ἐποίησε. καὶ τοῦτο δὲ γελοιότερον, τὸ, ἄνδρα ζῶντα, νεκροῦ κεφαλὴν ἰδόντα, ἀπολιθωθῆναι. τίς γὰρ δύναμις τοῦ νεκροῦ; ἐγένετο δὲ τοιοῦτόν τι Φόρκυν ἦν ἀνὴρ Κυρηναῖος. οἱ δὲ Κυρηναῖοι κατὰ γένος c μὲν εἰσιν Αἰθίοπες· οἰκοῦσι δὲ νῆσον τὴν Κυρήνην, ἔξω οὖσαν τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. ἀροῦσι δὲ Λιβύην περὶ d τὸν Αὔνονα ποταμὸν, κατὰ Καρχηδόνα· εἰσὶ δὲ σφόδρα χρυσοῖ. ὃς Φόρκυν e ἐβασίλευσε τῶν Ἡρακλείων στηλῶν (εἰσὶ δὲ τρεῖς) καὶ ποιεῖ τετράπηχυ ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χρυσοῦν. καλοῦσι δὲ τὴν Ἀθηνᾶν Κυρηναῖοι Γοργόνην f, ὥσπερ τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδειαν, Κρῆτες δὲ Δίκτυναν, Λακεδαιμόνιοι δὲ Οὖπιν. ὁ μὲν οὖν Φόρκυν ἀποθνή-

ostenso, in lapidem ipsum commutauit. At vero ridiculum hoc, hominem viuum, mortui capite conspecto, in lapidem conuerti. Quæ enim cadaueris vis est, & potestas? Verum res ita transacta. Phorcyn vir fuit Cyrenæus: Cyrenæi porro genere quidem Æthiopes insulam inhabitabant Cyrenen, extra columnas Herculis sitam, & Libyam arant apud Aunonem fluuium iuxta Carthaginem, auro maxime abundantes. Hic Phorcyn insulas extra columnas Herculis, tres numero, regno tum possidebat, ibiq; simulacrum ex auro quatuor cubitorum Palladi fecit. Palladem autem Cyrenæi Gorgonem vocant, sicut Thraces Dianam Bendiam, Dictynnam Cretes, Lacedæmonii Vpin. Cæ-

b Πολυέκτῃ. c γένει. d παρὰ. e vide not.
f Γοργώ.

σκει, g πρὶν ἀναθῆναι τὸ ἄγαλμα. κατέλιπε δὲ κόρας τρεῖς, Σθενὼ, Εὐρυάλην, καὶ Μέδουσαν. ἄυται μὲν γήμασθαι ἀδενὶ ἠβούλήθησαν· διελόμεναι δὲ τὴν ἀρχὴν, ἑκάστη μιᾶς ἦρχε νήσου. h τῇ δὲ Γοργόνῃ i ὅτε ἀναθεῖναι τὸ ἱερὸν αὐταῖς ἐδόκει, ὅτε διελεῖν, ἀλλ' ἐν μέρει κατετίθεντο ἐναλλὰξ θησαυρῷ ἑαυτῶν. ἦν δὲ τῷ Φόρκυσι ἑταῖρος, καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ, ᾧ αὐτῷ ἐν παντὶ πράγματι ἐχρῶντο k, ὥσπερ ὀφθαλμῷ. Περσεὺς δ' ἀνὴρ φυγὰς ἐξ Ἄργους, ἐληΐζετο τὰ κατ' θάλατταν, ἔχων πλοῖα, καὶ ἰσχύν τινα περὶ αὐτόν. πυθόμενος δὲ ταύτην τὴν Γοργόνα βασίλισσαν l εἶναι γυναικῶν, καὶ πολύχρυσον μὲν, ὀλίγανδρον δὲ, πρῶτα μὲν ναυλοχεῖ ἐν

Cæterum Phorcyn antequam in templo ſimulacrum dedicaret, moritur. reliquit autem virgines tres, Sthenonem, Euryalen, & Meduſam: quæ dum nulli vellent nubere, diuiſis facultatibus ſingulæ principatum vnius inſulæ obtinebant. Porro Gorgoni neq; templum exſtruere viſum illis, neq; inter ſe partiri; ſed in theſaurum viciſſim reponere. Aderat autem Phorcyni ſocius, vir probus, ac bonus, eoque in omni negotio, tanquam oculo vtebantur. Interea Perſeus, exilio ex Argo eiectus, loca maritima depræ-dabatur, ſecum nauigia habens, & prædonum fortem, ac validam manum. Cumq; didiciſſet, Gorgonem hanc Reginam eſſe fœminarum, auro quidem diuitem, ſed inopem virorum;

g πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθεῖναι. h τὴν δὲ Γοργόνην. i vide notas. k ἐχρῆτο. l πυθ. δὲ ταύτῃ βασιλείαν.

τῷ πορθμῷ, καὶ μεταξὺ τῆς Κυρήνης, καὶ τῆς Σάρδεων, διαπλέων τὰ m παρὰ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν, τὸν ὀφθαλμὸν λαμβάνει. ὧν μία n φράζει αὐτῷ, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχει λαβεῖν παρ' αὐτῶν, εἰ μὴ τὴν Γοργόνα. μηνύει τε αὐτῷ o τὸ πλῆθος τοῦ χρυσοῦ. αὗται οὖν 10 αἱ κόραι, ἐπεὶ οὐκ εἶχον τὸν ὀφθαλμὸν ἐν τῷ μέρει κατὰ τὸν εἰρημένον λόγον, συνήεσαν ὀμόσαι p, καὶ ἠτιᾶτο ἑτέρα τὴν ἑτέραν. ὁπότε δὲ ἐπενοοῦντο q μὴ ἔχειν, ἐθαύμαζον, τί ἂν εἴη τὸ γεγονός. ἐν 11 τούτῳ προσπλεῖ αὐταῖς ὁ Περσεὺς, καὶ φράζει ὡς αὐτὸς ἔχει τὸν ὀφθαλμόν· καί φησι μὴ ἀποδοῦναι r αὐταῖς, ἐὰν μὴ φράσωσιν ὅποι ἐστὶν ἡ Γοργώ. ἐπηπείλει δὲ καὶ προσκατακτενεῖν s μὴ εἰπούσαις t. ἡ μὲν οὖν Μέδουσα οὐ φρά- 12

cæ hiſtor. ſcriptor, lib. II. ca. 11. III. c. 4. IV, c. 2. Diodorus ſcilicet Siculus, cui parem, antiquitatis cognitione vix habet Græcia, quem conferat, iudice Degoreo Whear, de ratione & methodo legendi hiſt. ſect. XI. Conf. & Iuſtin. lib. II. & IV. Compendio de his nonnulla congeſſit B. Merula ad Ouid. Triſt. lib. IV. eleg. 7. Autores in vtramque partem indicant viri, dum in terris eſſent, eruditione & virtute vere magni, nunc in cœlis beati, Berneggerus ad Iuſtin. lib. II. cap. 1. & 3. & copioſius Freinshemius ad Curt. lib. VI. cap. 5. & 24. Et qui hodienum in orbe floret, Vir vndique celeberrimus Caſpar Sagittarius, D. Exercit. ad Iuſtin. lib. I. cap. 2. §. 6. lib. II. cap. 1. §. 3. ſeq. Nos Amazonum exiſtentiam & quæ de imperio expeditionibusque illarum tot veteres ſcriptores Herodotus, Plato, Hippocrates, Virgilius, Statius, Pauſanias, Curtius, Iuſtinus, Oroſius, Ammianus Marcellinus, Pomponius Mela, Solinus, Plutarchus, Arrianus, Euſebius, Zonaras, Iornandes, & plurimi alii, vnanimi ſententia, poſteris commendauere, neutiquam, cum Palæphato, & Octauio Lancelloto in deliriis piſcorum hiſtoricorum, deliramenta. XLVI. pro meris fabulis habenda eſſe, exiſtimamus. Nam, quid obſtat, quæſo, quo minus & in fœminas, animi quoque magnitudo cadat? an adeo inſolens & inuſitatum, mulieres militare? Certe, in Hungaria, vt a Ciuibus meis relatum accepi, mulieres æque ac viros, quoties Turcæ irrumpunt, maſcule Barbaris reſiſtentes, & edito vtrobique horrendo vlulatu, ſtrenue ex equis pugnantes, adlucnum videas. Vnicum hic Hippocratis, de Ama-

zonum virtute, adducemus teſtimonium, ſect. III. de aere & aquis, §. 42. Edit. Linden. p. 352. Lugd. Batau. An. 1665. *In Europa*, dicentis, *gens eſt Scythica, quæ paludem Mæotem incolit, & a reliquis gentibus plurimum differt. Sauromatæ appellantur. Eorum fœminæ equitant, arcubus vtuntur, & ex equo iaculantur, & cum hoſtibus bellum gerunt, quoad virgines exiſtunt, neque ante virginitatem deponunt, quam tres hoſtes interfecerint, neque prius cum viris congrediuntur, quam ſacra Deo, patrio more peregerint. Quod ſi qua ſibi virum delegerit, equitatu ſoluta eſt, niſi communis expeditionis neceſſitas ingruat. Dextram autem mammam non habent, puellis enim adhuc infantibus ferro ad id fabricato & candente, dextræ mammæ admoto, eam matres exurunt, vt ne incrementum accipiat, ſed ad dextram humerum & brachium omne robur & copia transmittatur.* Ridiculam hanc mammarum præuſtionem multis videri, ſupra innui, quando ſine vitæ periculo, ob inſignem neruorum propaginem, eo tendentium, fieri neutiquam poſſet. Verum, & Hippocrates ipſe, multum de cauteriis Scytharum, Amazonum genitoribus, commemorat; & ſummus eius Interpres Georgius Wolffgangus Wedelius, conſultus a me, pro incredibili ſua humanitate, hoc reſponſi loco dedit: *Tutiſſima ſibi videri, docta artificis manu, aptatis ad id debite inſtrumentis, accretionem mammillarum, præſertim in teneris, impediri poſſe; quandoquidem hodienum ſolenne ſit, ob varia ſymptomata, mulierum vbera, absque vllo diſpendio vitæ, reſecare. Ixo, præſto eſſe obſeruationes, vbi curanda her-*

nia

nia gratia viri, exſecto altero teſticulo, nihilominus fortes procreauerint liberos; adeo ſcilicet verum eſſe illud: vis vnita fortior; & auulſo vno ramo, non deficere alterum. Exempla mulierum, factis bellicis celebrium, ſi quis plura deſiderat, erudita Iohannis Riemers/ſublimis & acris ingenii Viri, *de mulierum bellis* diſſertatio, in hac Ienenſi quondam habita, ſuggeret. Sunt, qui nec hodie Amazonas in America deeſſe narrant, quæ telis cum Europæis confligere audent, quos inter Waltherus Rhaleg, parte octaua magni de India occidentali operis; quod edidit florentiſſimus quondam Francofurt. Chalcographus Theodor. de Bry. Præter Simonem Maiolum, colloquio III. *Dierum canicularium*, Waltherus aliique noui orbis ſcriptores; imo & publicæ tabulæ, quas d. 3. Maii 1683. Amſtelodamo transmiſſas accepimus, vt ex ſubiectis verbis patet, noſtram abunde confirmant ſententiam: Man hat vergeſſen gehabt/von der Victorie/welche die Oriental. Indianiſche Compagnie dieſes Landes am Aufgang von Java/gegen den Sou Sau Hourang/ Rebell des groſſen Matran/erhalten/die particularia zu erzehlen; Nun berichte/daß/als der Capitain Couper/welcher der Compagnie Volcker commandiret/erſagten Rebellen in einer Burg oder Flecken angetroffen/er ſelbigen bey Nacht infeſtiren/und umb klärer ſehen zu können/einige Hauſer anzunden laſſen/wodurch erſagter Capitain Gelegenheit bekommen/ſeine Feinde/ ſo in Schlacht-Ordnung ſtunden/anzugreiffen; Indeme er aber eine groſſe Anzahl Weiber mit Pfeilen und Bogen damit zu ſchieſſen/ja einige mit Kindern an

den

den Brüſten ſahen/bothe er Ihnen gut Quartier an; weil ſie aber dieſes zum vierdtenmahl abſchlugen/und nicht annehmen wolten/griff er die Rebellen mit Gewalt an/alſo daß man des Morgens biß 700 Corper von dieſen Amazonen/und biß 1300. todte Leichnams ihrer Väter/Brüder/und Männer auf dem Platze liegend ſahe. In Africa etiam ad fontes Nili, circa lunæ montes, hodieque mulieres eſſe, ferunt, quæ reginæ pareant, & arcubus vtantur. Conf. & Carolum Stephanum in Dictionario. Fuit, qui ante ſex prope ſecula etiam ad mare Balthicum poneret. Ortelium vide in Theſauro Geographico. Et notam, quid de iis tradant rerum Gothicarum ſcriptores. Quare non ex vano fuiſſe hauſtum, vana licet plurima immiſta ſint, quæ de expeditione Amazonum veteres tradidere, vel hinc ſatis liquet. Quando vero politia earum cœperit, non ita ſignate conſtat. Pleriq; hiſtorici ad Nimrodi tempora, alii ad Abrahami atque Iacobi Patriarcharum ætatem referunt. Rectius tamen ex ſententia Eberh. Rudolph. Roth/ virorum clariſſimo, in Diſſert. II. §. 13. de Amazonum Politia in Vlmens. Gymnaſio habita, ad Iudicum Iſraelis Epocham Amazonum primordia reiici poſſe videntur. Excidium vero Amazonum quod in campis Troianis Alexandri Magni ætate, aut paulo ante eam, contigiſſe plurimi memorant; id alii iterum inficiantur, vt adeo admodum difficile, certum temporis punctum quo deſierint, digito velut intento, commonſtrare. Tandem, poſtremis hiſce Noſtri verbis opponi poſſet ſolenne prælium & annua virginum pugna apud

Machlyes & Auſes, populos Africæ; cuius meminit Herodotus in Melpomene cap. CLXXX. Quo referri poſſunt, quæ capite ſuperiori ex Diodoro de Gorgonibus allata ſunt, & his ſimilia alia. Plura qui de his deſiderat, adeat Plin. lib. IV. cap. 2. Læl. Biſciol. ſubciſ. lib. XVI. cap. 9. & 10. Herm. Hugon. de milit. equeſtr. lib. I. cap. 2. ſeqq. Ioh. Henr. Vrſin. Analect. Rhet. lib. II. cap. 5. p. 244. Iac. Dan. Erneſti Prodrom. Hiſtorico-Theolog. cap. VI. Altenb. 1672. edit. 4. & quos illi citant.

Κεφ. λδ.

ΠΕΡΙ ΟΡΦΕΩΣ.

Ψευδὴς καὶ ὁ περὶ τοῦ Ὀρφέως μῦθος, ὅτι κιθαρίζοντι αὐτῷ ἐφείπετο τὰ τετράποδα, καὶ τὰ ὄρνεα, καὶ δένδρα a. δοκεῖ δέ μοι ταῦτα εἶναι. Βάκχαι μανεῖσαι πρόβατα διέσπασαν b ἐν τῇ Πιερίᾳ, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα βιαίως εἰργάζοντο. τερπόμεναί c τε εἰς τὸ ὄρος, διέτριβον ἐκεῖ τὰς ἡμέρας d. ὡς δὲ ἔμειναν οἱ πολῖται, δεδιότες πε-

CAP. XXXIV.

DE ORPHEO.

Fabuloſus & ille de Orpheo ſermo, quod cithara ludentem animalia quadrupedia, nec non aues, arboresque ſequerentur. Sed hæc mihi quidem ſic accidiſſe videntur. Bacchæ furentes oues diſcerpebant in Pieria, ac multa alia cum violenter perpetraſſent, in montes ſe recepere, ibique dies aliquot ſunt commoratæ. quas cum ciues diutius exſpectaſſent, male

a τὰ δένδρ. b vid. not. c τρεπόμεναι. d vid. not.

ρὶ τῶν γυναικῶν, καὶ θυγατέρων, μεταπεμψάμενοι τὸν Ὀρφέα ἐδέοντο μηχανᾶσθαι, ὃν τρόπον καταγάγοι αὐτὰς ἐκ τοῦ ὄρους. ὁ δὲ συνταξάμενος τῷ Διονύσῳ Ὄργια, κατάγει αὐτὰς βακχευούσας κιθαρίζων. αἱ δὲ νάρθηκας τό τε πρῶτον ἔχουσαι, κατέβαινον ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ κλῶνας δένδρων παντοδαπῶν. τοῖς δὲ ἀνθρώποις θαυμαστὰ τό τε θεασαμένοις., ἐνεφαίνετο e πρῶτον τὰ ξύλα καταγόμενα. καὶ ἔφασαν, ὅτι Ὀρφεὺς κιθαρίζων ἄγει τὴν ὕλην ἐκ τοῦ ὄρους f. καὶ ἐκ τούτου ὁ μῦθος ἀνεπλάσθη.

le suis vxoribus & filiabus metuentes, arcessitum Orphea rogarunt, vt modum excogitaret, quo ex montibus illas deduceret.
2 Is vero Orgiis Baccho institutis, citharam pulsans ad se bacchantes pellexit; ipsa que ferulas tum primum, & ramos omne genus arborum habentes, descenderunt de monte.
3 Hominibus autem admiranda hæc conspicientibus, ligna prius deduci videbantur; atque hinc dicebant, Orphea citharæ cantu ex monte syluam deducere, hanc dantes caussam fabulæ.

(O)

e ἐφαίνετο. f ἐκ τ. ὄρ. κ. τ. ὕλης ἄγει.

NOTÆ
AD CAP. XXXIV.

Περὶ τοῦ Ὀρφέως. *De Orpheo.*) Orphei fuere duo, alter argonauta, domo Thrax; alter Poëta, qui proprio nomine Onomacritus. Vide Voſs. Theol. Gent. lib. I. c. 39. qui & lib. III. c. 44. *fortaſſe*, inquit, *Thracius ille Orpheus nunquam fuit. Cenſuit id Ariſtoteles* (in iis quæ perierunt) *teſte Tullio in primo de natura Deorum.* Et libro primo, c. 39. dixerat: *illius Threicii vatis nihil habemus; etſi ad eius libros prouocet Arnobius in quinto.* Libro IV. c. 12. reprehendit Ludouicum Nonium, Orpheum, vatem antiquiſſimum, confundentem cum Orpheo, qui librum περὶ λίθων ſcripſit ſub Cæſaribus Romanis. Quod idem accidiſſe videtur Natali Comiti, Mythol. lib. VII. c. 14. Idem magnus rei literariæ Dictator Voſſius, in lib. de *Arte Poëtica*, ſcribit: *Puto triumuiros iſtos Poëſios, Orpheæ, Muſæum, Linum non fuiſſe.* Sed Voſſianæ huic ſententiæ neutiquam aſſentitur, meliorum literarum inſtaurator ac vindex acerrimus, incomparabilis Olaus Borrichius in diſſertation. Academicis de Poëtis, Francof. An. 1683. editis, diſſert. I. §. 17. p. 7. quando ſic ait: *Vt enim de Muſæo & Lino, nihil certi audeamus definire, de Orpheo certe meliora exſpectanda ſuſpicetur alicubi Stagirites, eum nunquam fuiſſe, (ut illuſtriſſimæ ipſius gloriæ officiat,) non efficerit tamen, vt falſos credamus fuiſſe Ægyptios vetuſtiſſimos, qui vno ore apud Diodorum Siculum fatentur,*

tur, apud sese vixisse eundem Orphea; non effecerit, vt Pythagoræ contradicamus, qui Aristotele antiquior apud Clement. Alexandr Strom. I. scripta Orphica agnoscit; non effecerit, vt Epigenes (grauis auctor Plinio appellatus) non legerit iam olim Poësin Orphicam, de quo diserte Strom. V. idem Cl. Alexandrinus; denique non effecerit, vt non verum sit illud Suidæ: Orphea Thracem, Poëtam Epicum, scripsisse fabulas, epigrammata, hymnos, & duabus ætatibus Homerum præcessisse. Petrus Daniel Huetius, apud Cadomenses in Galliis Abbas illustris, in reconditæ eruditionis thesauro, cui *Demonstratio Euangelica* nomenclatura indita est, Orpheo suo veteres Mosen eiusque facta adumbrare voluisse, grauissimorum auctorum testimoniis, erudite, vt solet, demonstrare studuit proposit. IV. cap. VIII. §. 19. p. m. 184. seqq. edit. Amsterd. An. 1680. 8vo. quæ omnino legi merentur.

1. Βάκχαι μανεῖσαι. *Bacchæ furentes.*) Nimirum infensus illi Bacchus fuit, vel quod cum vxorem Eurydicen quærens, apud inferos Deorum progeniem carmine celebraret, huius Dei esset oblitus: vel quod *initia*, siue *sacra Liberi* speculatus esset. Hygin. lib. 2. Poët. Astron. & Arat. in Phænom. de Lyra. Causas plures afferunt alii. Suas igitur Bacchas illi immisit Liber Pater; quæ, vt habet fabula, postremo eum discerpserunt.

Πρόβατα διέσπασαν.) Msc. Constantinop. πρόβατα διασπάζουσαι ε.τ.π. πολλὰ καὶ ἄλλα &c. quo forte iuuari Lexica vulgaria possunt, quæ thema σπάζω, & quædam inde composita afferunt, sine idonei

ſcriptoris autoritate: ſicut hoc viciſſim nonnihil confirmari videtur illo Heſychii, σπάζει, σύζει, ἀχαιοί. niſi quod non ſatis congruat ſignificatio.

Τὰς ἡμέρας.) Mallem τινὰς ἡμέρας potius quam quod in Mſc. eſt λιπὰς ἡμέρας. Forſan ſcribere voluit librarius τὰς λοιπάς.

2. Καὶ κλῶνας δένδρων παντοδαπῶν.) Simplicius fluet oratio, (quanquam hæc magnopere non moueo) ſi ponantur iſta, citra σύγχυσιν, ſtatim poſt vocem ἔχεσαν.

3. Ἐνεφαίνετο πρῶτον τὰ ξύλα καταγόμενα. *Ligna prius deduci videbantur.*) Ex re geſta, vt ſolet, fabulam explicat Noſter. Non inſcite tamen ſub hoc ſchemate ſtudia & fata Orphei oſtendi ſolent. Ad tartara deſcendens, reductum vxorem, fruſtra fuit. id eſt; diu ſtudio philoſophiæ naturalis ſe fatigauit, vt rationem aliquam inueniret conſtantiam afferendi rebus corruptioni obnoxiis. Quod cum præſtare non poſſet, ad moralem ciuilemque Philoſophiam ſe conuertens, ſuauitate eloquentiæ, comitate morum, æquitate & vtilitate legum, homines ab agreſti feraque vita, ad diſciplinam adduxit meliorem. Horatius de arte:

Syluestres homines ſacer interpresque Deorum,
Cædibus & fœdo victu deterruit Orpheus,
Dictus ob id lenire tigres, rabidosque leones.

Sed rude vulgus, hominesque mali, bacchantium ritu ſuas potiis cupiditates, quam viri optimi ſaluberrima inſtituta ſequuti, aduerſum ſtudiis ſuis ſuſtulerunt e medio. vide Albricum & interpp. Ouid.

ad

ad Metamorph. lib. X. 2. Nec ab his multum abit Baconus, lib. de ſap. veter. c. XIV. cui inter alia, labores Orphei opera ſunt ſapientiæ; vt labores Herculis, opera fortitudinis. Cætera legi apud ipſum poſſunt. Hanc eandem comparationem tractat Cicero 1. offic. cuius memorabilis eſt ſententia, *parum eſſe arma foris, ni conſilium fuerit domi.* Conf. Ouid. lib. XIII. in contentione de armis Achillis. Fulgentius lib. III. Mythol. ſub finem ad Muſicen trahit. Phyſice tetrachordon Orphei de concordi diſcordia quatuor elementorum in corporibus mixtis exponitur Voſſio Theol. Gentil. lib. II. c. 51. At Lucianus dial. de Aſtrolog. de Lyra Orphei, Oeagri, & Calliopes filii: ἡ δὲ λύρη ἐπτάμιτος ἦσαν τῷ τῶν κινουμένων ἀστέρων ἁρμονίην συνεβάλλετο. *Lyra cum ſeptem haberet chordas, concentum mobilium ſtellarum repraſentabat.*

Ἄγει τῷ ὕλῃ.) Mſc. Toll. ἐκ τῆς ὥρας καὶ τῆς ὕλης ἄγει. Puto deeſſe vocem δένδρα.

Κεφ. λε.

ΠΕΡΙ ΠΑΝΔΩΡΑΣ.

Ὁ περὶ Πανδώρας σὺκ ἀνεκτὸς λόγος, ὡς γῆς ἀναπλασθείσης ἀνάδησαι αὐτῷ καὶ ἄλλοις τὸ πλάσμα. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τοῦτο. Πανδώρα γυνὴ ἐγένετο Ἑλλὰς, μάλιστα πλουσία. καὶ ὅτι ἔξεστι,

CAP. XXXV.

DE PANDORA.

Nec tolerabilis ille de Pandora ſermo, illam ex terra formatam aliis quoque ſimilem habitum attuliſſe. Mihi vero ſic videtur. Pandora mulier fuit Græca maxime diues, quæ, quoties

ἐκοσμεῖτο, καὶ ἐχρίετο πολλῇ τῇ γῇ. καὶ τὸ μὲν ἔργον 2 οὕτως ἔχει, ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τὸ ἀμήχανον ἐτράπη.

ties prodeundum in publicum, speciose sese exornabat, factoque ex terra vnguento inungebatur. Ita quidem se res habuit; sed ad rem impossibilem detorta narratio est.

NOTÆ
AD CAP. XXXV.

Πανδώρας.) Vide interp. Hesiod. ad ἐργ. 60. seqq. θεογον. 570. De cognata vero huic Promethei fabula inter alios legi potest Lactant. diu. instit. l. II. c. 11. additusque Xysti Betuleii Commentarius. Euseb. præpar. Euang. lib. X. c. 10. Conferatur & de vtraque agens Erasmus in adag. tit. *sera pœnitentia.*

Ὡς γῆς ἀναπλασθείσης ἀναδοῦναι.) Quid si legatur, ὡς γῆς ἀναπλασθεῖσαν ἀναδοῦναι. vt sit genitiuus, quem dicunt, materiæ.

1. Ἕλληνος.) Versiones: *mulier Græca.* quasi scriptum esset Ἑλληνίς; sicut apud Thucydidem, Isocratem, Diodorum aliosq; ἑλληνὶς πόλις. quomodo apud eundem Diodorum lib. XV. vt alia non afferam, est πόλις Τυῤῥηνὶς, vrbs *Hetrusca* vel *Hetruriæ.* Herodot. Polymn. c. 196. ἑλληνίδες ἵπποι, *equæ Græcæ.*

2. Καὶ τὸ μὲν ἔργον. *Ita quidem res.*) Vide not. ad præfat. vbi λόγος & ἔργα itidem opponuntur. Nec rara est, tum hoc, tum diuerso sensu, in autoribus aliis harum vocum ἀντιστοιχία. λόγῳ τοῖς ἄλλοις βοη-

βοηθεῖν, ἔργῳ δ' ὀφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι, Isocratis est in oratione ad Philippum. In sacris plenior & planior, adeoque & explicatior est oppositio, 1. Ioh. Epist. c. III. 18. μὴ ἀγαπῶμεν, inquit Apostolus, λόγῳ, μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ. *Ne amemus* (alii alios) *verbis & lingua: sed opere ipso & veritate.* Idem fit in vocibus aliis cognatæ, siue eiusdem potius significationis: vt apud Diodorum, ἁρμόζοντες τῷ λόγῳ, τέρπουσι δὲ τοῖς πράγμασι. Apud Dionem est, ῥήμασι μᾶλλον ἢ τοῖς ἔργοις. Et obuia magis sunt exempla alia, quam vt debeant, plura, quam vt possint huc transcribi. Aliquando λόγος & ἔργον coniunguntur, vt Lucæ XXIV. 19. Actor. VII. 22. Rom. XV. 18. quo sensu erit forte qui capiet & locum 1. Cor. X. 11. Et apud Latinos *dictum factum*: item *facta dictis addere* celeritatis, industriæ & virtutis est.

Κεφ. λϛ.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΙΩΝ γυναικῶν.

Καὶ τί φαυλότερόν ἐστι, τὸ πρῶτον γένος ἐκ Μελίας γενέσθαι; ἀλλὰ Μέλιός τις ἐγένετο, καὶ Μελίαι ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου, ὥσπερ Ἕλληνες ἀπὸ Ἕλληνος, καὶ Ἴωνες ἀπὸ Ἴωνος,

CAP. XXXVI.

DE FRAXINORUM generatione.

Et quid stultius, quam primum hominum genus ex fraxino esse progenitum? Sed fuit quidam Melius, atque ab eo dicebantur Meliæ fœminæ, quemadmodum Hellenes ab Hellene, ab Ione Iones

σιδηρᾶ δὲ, καὶ χαλκῆ γενεὰ, οὐδέποτε ἐγένετο.

nes. Ferrea autem, atque ænea generatio, nunquam exstitit.

NOTÆ
AD CAP. XXXVI.

Et hic codex Constantinop. cum Londinensi fere consentit, cuius textum editioni suæ inseruit Cl. Tollius.

Τοῦ πρῶτον γένος.) Legerem interiecto articulo primi casus τοῦ τὸ πρῶτον γένος.

Ἐκ μελίας. *Ex fraxino.*) Vide interpp. Hesiod. ad illa ἐκ μελιᾶν, ἐργ. 144. seqq. Duritiem & feritatem animi humani hac fabula significari volunt.

Κεφ. λζ.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ Φυλλίτου.

Λέγεται, ὡς ἐφ' ἑαυτῷ ἔσχε φύλλα. ὁ οὖν φυλλίτης· εἰ καὶ ἰδιώτης ὑπῆρχεν, ἐπινοήσας ἔκαυσεν. ὁ δὲ λόγος ἐντεῦθεν ἐλέχθη οὕτως.

CAP. XXXVII.

DE CLAVA HERCVLIS.

Memorant, illam a se folia habuisse. Propterea dicta est phyllites, siue foliata; & licet separata esset, herbæ tamen adposita pullulabat: atque hinc collecta eiusmodi fabula.

NOTÆ

NOTÆ.

AD CAP. XXXVII.

Excudi volui hoc caput, vt in editione Aldina & Basileensi, quanquam valde corrupte, legitur; vt liberum sit cuiuis, quantum potest, ad eius emendationem conferre. Nisi prorsus fallor, eruditis facile se probabunt, quæ a V. Cl. Isaaco Vossio accepta affert Tollius; digna mihi visa, quæ hæc lecturæ iuuentuti commendarentur. *Λέγεται, ὡς ἐφ' ἑαυτῷ ἔσχε φύλλα. ὁ οὖν φυλλίτης, εἰ καὶ ἰδιότης ὑπῆρχεν, ἐπὶ πόῃ στὰς ἔκυσε. πόῃ* Ion. *ποίῃ* pro *πόᾳ*, qua terminatione supra vsus autor, cap. XXVII. XXIIX. *Dicitur* (de claua Herculis) *quod per se folia habuerit. Scilicet Phyllites* (foliosa claua) *quoniam ea eius est proprietas, herbæ adpositus pullulabat.* ἔκυσε dixit, quomodo *κύειν* & de plantis passim dici solet. Vide hist. plant. Theophrasti. Porro oleastri lignum pullulare ex Pausania, Theophrasto, Aristotele, Ouidio ostendit Cl. Tollius, quibus adde ista Virgil. II. Georg. 30.

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno.

Legi quoque non incommode, opinor, posset, *ἐπεὶ ἰδιότης ὑπῆρχε.* Sed quia in tam graui corruptela loci vix vlla tam felix esse coniectura potest, vt ad verbum, quod dicimus, singulosque apices, totas restituat periodos, quæ vel interciderunt, vel ita luxatæ sunt, nihil vt sani supersit: mihi quidem nihil amplius

plius hic tentandum duxi. Physice per clauam Herculis potentiam solis, vel inæqualitatem motus in Zodiaco intelligit Vossius lib. II. de orig. & progress. Idol. c. 15. propius finem.

ΚΕΦ. λή. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΗΤΟΥΣ.

CAP. XXXVIII. DE CETONE.

Περὶ τοῦ Κήτους a τάδε λέγεται, ὡς τοῖς Τρωσὶν ἐκ τῆς θαλάττης ἐφοίτα b. Εἰ μὲν αὐτῷ δοῖεν κόρας, ἀπήρχετο c. εἰ δὲ μή, τὴν χώραν αὐτῶν ἐλυμαίνετο. ὡς δὲ μάτιον, τὸ αἰδοίας ἐκτίθεσθαι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας, τίς οὐκ οἶδεν; ἀλλ' ἦν ἀνὴρ βασιλεὺς d μέγας, καὶ πολλὰ ἔχων δυνάμεν, καὶ ναυτικὸν πολύ, ὃς κατέσχεψε τὸ παραθαλάσσιον τῆς Ἀσίας ἅπαν, ὃ Τρῶες ἐκτῶντο. ἐδίδου δὲ φόρον, ὃν τινες δασμὸν καλοῦσιν. ἀργυρίοις e

De Cetone hæc referuntur: eum e mari ad Troianos commeare solitum, & si puellas darent, recessisse; sin minus, regionem illorum deuastasse. At quam [insulsum] sit, viros prostituere suas filias, quis non videt? Sed erat Rex magnus, opibus, & præsertim re nauali potens, qui in potestatem redegit Asiæ omnem oram maritimam, quam Troiani tenebant. Soluebant autem illi tributum, quod vectigal nonnulli vocant; neque enim argen-

a Κήτωνος. b ἐπεφοίτα. c οἴκοσι, ἀπῆει. d ἀλλ' ἦν τ. τ. ἀνὴρ βασιλεύς. e vide not. ad fin. cap.

μὲν οὖν οἱ τό τε ἀνθρω-
ποι οὐκ ἐχρῶντο, ἀλ-
λὰ σκεύεσι. προσέτα-
3 ξε δὲ ὁ βασιλεὺς, ᾧ
ὄνομα Κήτων, τῶν πό-
λεων τινὰς μὲν ἵππους
διδόναι, τινὰς δὲ κόρας.
τὸν δὲ βασιλέα, ᾧ ὄ-
νομα Κήτων, οἱ βάρβα-
ροι ἐκάλουν κῆτος.
περιεπόλει δὲ ὁ Κήτων
4 κατὰ τὸν δέοντα χρό-
νον, ἀπαιτῶν τὸν δα-
σμόν. τῶν δὲ μὴ ἀπο-
διδόντων ἐκάκου τὰς χώ-
ρας. ἐξέρχεται δὲ εἰς
Τροίαν, καθ' ὃν χρόνον
καὶ Ἡρακλῆς ἧκεν, ἔχων
στρατιὰν τῶν Ἑλλήνων.
μισθοῦται δὲ τὸν Ἡρα-
κλέα Λαομέδων ὁ βα-
σιλεὺς, ἀρῆξαι τοῖς Τρω-
σίν. ἀποβιβάσας δὲ
5 τὴν στρατιὰν ὁ Κήτων,
ὡδοιπόρει. ὑπαντήσαν-
τες δ' αὐτῷ Ἡρακλῆς καὶ
Λαομέδων, ἀναιροῦσιν αὐ-
τόν. οὗ γενομένου, προσα-
νεπλάσθη ὁ μῦθος.

gento tum temporis vtebantur homines; sed
3 supellectile tantum, & vtensilibus: Rex itaque, qui Ceton vocabatur, ciuitates quidem alias iussit sibi equos dare, alias vero puellas. Cæterum Regem, cui nomen Ceton, barbari κῆτος,
4 id est, balænam, appellabant. Ceton autem Rex iusto tempore circumiuit, tributum exigens, ac soluere detrectantium regiones diris affecit; etiam Troiam abiit eadem tempestate, qua cum Græcorum exercitu accesserat Hercules, quem in subsidium Troianorum Laomedon Rex
5 mercede conduxit. At vero Ceton traducto exercitu viam est ingressus; quem mox obuii Hercules, & Laomedon, interfecerunt. His ita factis fabula conficta est.

NOTÆ

NOTÆ
AD CAP. XXXVIII.

Ἀνὴρ βασιλεύς.) Eadem forma qua supra ἀνὴρ φυγάς. Præter illa quæ nota fert fabula de ceto, quem Troianis Neptunus immisit, non absurde talis narratio exponi posset de naui; qua, parasemon habente figuram ceti, vsi essent piratæ, aut Princeps aliquis violentus, in auehendis ad coacta coniugia virginibus. Conf. Vos. Theol. Gentil. lib. I. c. 23. & 30. de Andromeda. Plane autem vereor, vt plus, imo ne minus quam hæc fabula veri habeat, tot picturis & statuis, quin & inuocatione cultuque, pro vero venditata traditio de S. Georgio, equite, virginem liberante ab imminente dracone. Videatur Chemnit. Exam. Conc. Trid. part. 3. de Venerat. Sanctor. Gerhard. Loc. Com. Tom 8. de morte, num. 417. qui & alibi etiam, si recte memini, huius vanitatem commenti coarguit.

2. Ἀργείοις.) Msc. ἀργείῳ. Conf. cap. XLII. Ἐχεῶντο.) Msc. Toll. ἐτέλων. Προσεταξε.) Hæc ita Rauian. Προσετέταχτο μὲν τῶν πόλεων αἷς μὲν ἵππους διδόναι, αἷς δὲ βόας, αἷς δὲ κόρας, nec voces ᾧ ὄνομα Κητων iterat, quod hic prorsus non est necessarium. Περιεπόλει.) Msc. περιέπλει ἓν κ. τ. δ. χ. Ἠκεν.) al. ἔσχεν στρατιάν. Ὑπαντήσαντες. &c.) Msc. ὑπαντιάσαντες δὲ αὐτῷ Ἡρακλῆς καὶ Λαομέδων, ἐκέκτηντο ἔχοντες τὴν ἑαυτῶν στρατιὰν, ἀναιρῶσιν.

CAP.

Κεφ. λθ.

ΠΕΡΙ ΥΔΡΑΣ.

Λέγεται δὲ περὶ Ὕδρας, ὁ
α ὅτι Λερναίῳ ὄφις
ἦν, ἔχων πεντήκοντα κε-
φαλὰς, σῶμα δὲ ἕν. ἐπει-
δὴ αὐτῆς ἀνέλοι ὁ κε-
φαλὴν μίαν, δύο ἀναφύε-
σθαι. καὶ τὸν Καρκῖνον
ἐλθόντα, βοηθεῖν τῇ Ὕ-
δρᾳ. τοιοῦτον δ' εἴ τις
πείθεται γενέσθαι, μα-
ταιός ἐστι. τὸ δ' ἀληθὲς 2
ἔχει ὧδε. Λέρνῳ ἦν
βασιλεύς. ὤκουν δὲ
πάντες οἱ ἄνθρωποι
κατὰ κώμας. ἦσαν δὲ
καὶ βασιλεῖς ἐφ' ἑκά-
στῳ τῶν χωρίων τούτων,
Σθένελος δὲ ὁ τοῦ
Περσέως, εἶχε τὸ μέ-
γιστον καὶ πολυανθρωπό-
τατον, τὴν Μυκήνην. ὁ 2
δὲ Λέρνος οὐκ ἤθελεν
αὐτῷ ὑποτετάχθαι. ἐ-
πολέμουν οὖν οἱ δύο ἀλ-

CAP. XXXIX.

DE HYDRA.

Hydram produnt ser- o
pentem fuisse Lernæ-
um, quinquaginta capiti-
bus, sed vno tantum corpo-
re præditū, & in locum de-
cisi capitis mox duo prouenisse; Carcinum item
aduenisse, & auxilium tu-
lisse Hydræ. Hæc autem
si quis accidisse credit, næ
ille insipidus est. Sed res 2
ita se habet. Lernus Rex
fuit eo tempore, quo ho-
mines vniuersi vicatim
habitabant. Singulis au-
tem locis erant sui Reges;
quos inter Sthenelus, Per-
sei filius Mycenas, locum
maximum, & hominibus
frequentissimum, obtine-
bat. Cui Lernus cum
subesse nollet, bellum ex
his principiis vterque su-
scepit. In ipso autem a-
ditu

---

a τῆς Λερναίας, ὡς ὄφ. ἦν. b ἀνελ. Ἡρακλῆς. c ἀνε-
φύοντο. vid. not.

τοῦτο. ἐν δὲ τῇ εἰσβολῇ τῆς χώρας, ἦν τῷ Λέρνῳ πολίχνιόν τι καρτερόν, καὶ ἐφρούρουν αὐτὸ πεντήκοντα τοξόται ἀνδρεῖοι, οὓς ἐπίεσαν d ἐπὶ τῷ πύργῳ ἀδιαλείπτως νύκτα καὶ ἡμέραν e. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πολιχνίῳ Ὕδρα. πέμπει οὖν Εὐρυσθεὺς Ἡρακλέα, ὃς f ἐκπορθεῖ αὐτὸ τὸ πολίχνιον. οἱ δὲ περὶ τῷ πύργῳ ἐπυρπολοῦντ g τοὺς ἐπὶ τῷ πύργῳ τοξότας. ὁπότε δέ τις πληγεὶς πέποι, ἀνέβαινον δύο τοξόται ἀνθ' ἑνὸς, ἐπειδὰν ἀνδρεῖος ἦν ὁ προανῃρημένος h; ἐπει δὴ δὲ συνείχετο ὁ Λέρνος ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους τῷ πολέμῳ, μισθοῦται ὀθνεῖον στρατόν i. ἦλθε δὲ αὐτῷ ἄγων τὴν στρατιὰν, Καρκῖνος ὄνομα τῷ ἀνδρὶ k, μέγας τὴν ἰσχὺν, καὶ πολεμικὸς, καὶ σὺν

ditu regionis, Lerno oppidulum bene munitum fuit, quod custodiebatur quinquaginta strenuis sagittariis, quos dies atque noctes indesinenter in turrim immittebant. Erat autem oppidulo nomen Hydra. Destinat huc ergo Eurystheus Herculem, qui illud expugnauit. Illi vero, qui subtus erant, ignem manu iaciebant, & dirigebant in defensores turris; quorum si ictus aliquis cecidisset, præsertim strenuus, in locum vnius sagittarii duo succedebant. Cum autem istiusmodi bello ab Hercule Lernus teneretur, militem conduxit externum; venitque cum exercitu Carcinus quidam, militari robore, & viribus præstans, quem Herculi obduxit. Auxilia deinde Herculi tulit

d vid. not e νύκτας καὶ ἡμέρας. f ὃς ὃς ἐκπορθήσοντα. g περὶ Ἡρακλέα ἐπυρπόλουν. h MSC. omittit. i ἐπικούρους κάρας. k MSC. omitt. ο. τ. α.

τούτῳ ἀντεῖχεν πρὸς τὸν Ἡρακλέα. εἶτα βοηθεῖ ὁ Ἰόλεως ὁ Ἰφικλέους, ἀδελφιδοῦς ὢν τῷ Ἡρακλεῖ, ἔχων στρατιὰν ἀπὸ Θηβῶν. καὶ τὸ πεφυκότα πύργον πρὸς τῇ Ὕδρᾳ προσελθὼν ἐνέπρησε, καὶ σὺν ταύτῃ τῇ δυνάμει ἐπόρθησεν αὐτοὺς ὁ Ἡρακλῆς, καὶ τὴν Ὕδραν ἀναιρεῖ, καὶ τὴν στρατιὰν ἀπόλλυσιν. οὗ γενομένου, ὁ μῦθος ἀνεπλάσθη· καὶ γράφουσι τὴν Ὕδραν ὄφιν, καὶ τὸν μῦθον ἀναπλάττουσιν.

lit Iolaus, Iphicli filius, eiusque ex fratre cognatus, exercitum habens ex Thebanis. Etiam turrim in Hydra constitutam concremauit: atque hac manu exsuperauit illos Hercules, Hydram deleuit, & exercitum internecione cecidit. His ita factis fabula prouenit: qua & Hydram serpentem fuisse scribunt, & fabulam comminiscuntur.

NOTÆ
AD CAP. XXXIX.

Λέγεται περὶ Ὕδρας ὅτι Λερναῖος ὄφις ἦν. *Hydram produnt serpentem fuisse Lernæum.*) Varie hanc fabulam tractant autores. Quidam eorum, qui ad historiam hæc reuocarunt, in quibus est Ioan. Tzetzes, per hanc multorum capitum Hydram, intelligi volunt Reges quosdam vel Principes, fratres, hostes Herculis, inter se eximie concordes. Quorum vno extincto, videbantur plures insurgere, ob apparatus bellicos, sæpe repetitos, & alios aliis maiores.

l Ἰφίκλω.

res. Lege vero Tzetzen hiſt. 36. Chil. 11. Platoni in Euthydemo Hydra Sophiſtria eſt, quæ in diſputatione cum Hercule argutias alias ex aliis nectebat; adeo vt ad nullum ſophiſma ita caute reſponderi poſſet, quin illa, callide excepta reſponſione, ſtatim inde promeret plura. Sophiſtria, inquam; non Sophiſta ex Lernæo oppido, vt ſcribit Sabinus ad IX. metam. Ouid. Ita enim Plato: *ἀχ οἱός τε ἦν τῇ τε Ὑδρᾳ διαμάχεσθαι, σοφιστρίᾳ οὔσῃ; καὶ δὴ καὶ τὴν σοφίαν ἀνιείσῃ, εἰ μίαν κεφαλὴν ἀποτμηθείη ἑ λόγῳ, πολλὰς ἀντὶ τῆς μιᾶς· καὶ Καρκίνῳ*, &c. *Non potuit certare & cum Hydra Sophiſtria, per calliditatem, ſi vnum præſcinderetur caput orationis, producente plura pro vno: & cum Carcino.* &c. Inde forte Virgil. Æneid. VII. 299.

—— non te rationis egentem
Lernæus turba capitum circumſtetit anguis.

Quanquam aliter iſta *rationis egentem* explicet Turneb. lib. XXIV. c. 26. 40. Natalis ad moralem hæc referens Philoſophiam, per Hydram intelligit intemperantiam, vitium ex quo vno naſci multa alia ſolent. Ad allegoriam inuidiæ quidam transferunt iſta Horatii, Epiſt. lib. I. 2.

—— diram qui contudit Hydram,
Notaque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.

Ad hæc vitia forte non male referri poteſt, quod ſcribit Hyginus fab. XXX. eam afflatu necaſſe homines, & ſi quis ea dormiente tranſiiſſet, veſtigia ſparſiſſe veneno, & vel ſic etiam abſentes torſiſſe. Non deſunt

sunt, qui ad doctrinam naturæ hæc accommodent. Vossius de orig. & progress. Idol. lib. II. c. 15. *Hydra*, inquit, *nomine significatur elementum id, in quo viuit, & vnde nomen accepit; hoc est, ὕδωρ siue ὕδας, aqua. Lerna erat Argolidos palus, vbi egisse Hydra dicitur Lernæa. Hydram hanc occidit Hercules, hoc est, paludem eam sol exsiccauit. Sed necessaria quoque fuit opera Iolai; qui vicinam dicitur syluam accendisse. Nempe ad exsiccationem loci hoc plurimum conferebat. Eo Iolaus torres dicitur detulisse ad Herculem, ne cerui cibus Hydræ adustis, pro cap ite vno succrescerent plura.* Atque sic, hoc illud fuerit, quod Diodorus lib. IV. c. 2. face lignea inussisse ceruicem, ait, ne effueret sanguis. Quanquam & Herculem heroa, meatus paludis Lernææ clausisse, scribit Albricus Philosophus lib. de imag. Deor. Vsum opera Iolai auriga, addit Apollodor. biblioth. lib. II. quod & indicat codex Tollianus. Initio tamen, vno clauso meatu, erumpebant plures, in perniciem quæ circa erant locorum. Cum itaque obstrui non possent aquæ, exsiccauit paludem.

Πεντήκοντα κεφαλάς.) Toll. *centum*, Phasin. *quinquaginta capita*. Variant autem de numero capitum & alii. Vide Apollod. lib. II. Hygin. cit. fab. XXX. interpp. Ouid. ad metam. IX. 71.

Ἀναφύεσθαι.) Msc. ἀνεφύοντο. vide tamen not. ad cap. II. μυθεύεται ὅτι ἡράθη. Excetram autem Latinis dictam, ait Seruius, quod vno capite excisso, succrescerent duo. Vide Raphaelem Regium ad metam. Ouid. IX. 71. Plaut. in Persa Act. I. sc. 1. Alias

ἐν μέρει λοιδορίας id vocabuli viperam notat. vide eundem Casin. Act. III. sc. 3. Pseudol. Act. I. sc. 2.

Καὶ τὸν Καρκῖνον.) Tollius *Carcinum*. Phasin. *cancrum*. Apollodor. biblioth. lib. II. ἐπεξοήθει δὲ καρκῖνος τῇ Ὕδρᾳ ὑπερμεγέθης, δάκνων τὸν πόδα. *Hydræ peruasti corporis cancer, admorso Herculis pede, opem tulit*, vt vertit Spoletinus. Ita se habet τὸ μυθῶδες. Ad historiam autem spectat, quod Carcinus Platoni in Euthydemo σοφιστὴς dicitur ἐκ θαλάττης ἀφιγμένος, νεωστὶ καταπεπλευκώς. *Sophista a mari veniens, nuper aduectus naue*, qui Herculem disputantem cum Hydra, sinistro quodam & obliquo genere dicendi momordit. Confer & Ioan. Tzetzen, Chil. II. hist. 36. Noster quoque, vbi τὸ ἀληθὲς exponit, Καρκῖνον hominem fuisse, ait, militarem; vt ex ipso nomine Καρκίνα nata sit fabula de cancro.

1. Ὤικουν δὲ πάντες οἱ ἄνθρωποι κατὰ κώμας. *Homines vniuersi vicatim habitabant.*) σποραδὸν -- τὸ ἀρχαῖον ὤικουν, ait Aristoteles 1. Pol. II. ad quem locum Piccartum vide. *Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim, bestiarum more, vagabantur*, scribit Cicero I. de Inuent. c. 1. additque, eloquentia viri alicuius magni & sapientis adductos, coiisse in ciuitatem, & vrbes ædificasse. Metu ferarum, & communis auxilii causa id factum, ait Diodorus Siculus lib. I. c. 1. cuius meminit & Eusebius, Præpar. Euang. lib. I. c. 7. Et plures alii hanc inter gentiles celebrem magis, quam solidam hypothesin de primorum hominum habitatione secuti sunt. Seorsum de antiquioribus Græcis idem memorat Isocrates in Panegyri-

co.

co. Quomodo & ſine vrbibus diſcretos diuerſosque habitaſſe veteres Germanos, ex Tacito diſcimus, Germ. cap. XVI. At vbi de vrbium conditu ſermo eſt, inſtituti cauſas ſcriptores aliunde alii arceſſunt. Cicero, homines, poſtquam natura duce in ſocietatem coiuere, *ſpe cuſtodiæ rerum ſuarum præſidia vrbium quæſiuiſſe*, affirmat lib. II. off. c. 21. Cum quibus, vt & cum illis, quæ ſupra de priſca habitandi ratione commemorata ſunt, conferri poſſunt, quæ de vetere Græcia ſcribit Thucydides ſub init. lib. I. Strabo lib. IX. celebritatem oraculi Delphici deſcribens, poſtquam vatem Pythiam & vrbem nomen habere, docuit, *ἀπὸ τὸ πυθέσθαι, a percunctando* vel conſulendo, confluente vndique magna conſulentium multitudine, ſubiicit: *ἡ μὲν δὴ ἐπίνοια αὕτη τῆς τε τῶν πόλεων κτίσεως, & τῆς τῶν ἱερῶν ἐκτιμήσεως.* Vertit Xylander: *Hoc ergo modo intelligitur, quomodo & vrbes conditæ fuerint, & publica ſacrificia ſuam habuerint exiſtimationem.* Quæ vero his mox addit, gemina ſunt illis, quæ de initiis & cauſis ſocietatis humanæ vulgo traduntur. Atque vt diffuſior, quam pro huius ſcriptionis modo foret collectio ſententiarum, quibus hac de re varie exiſtimarunt veteres (neque enim quantum huius vel mihi, aut in præſens conſtat, aut amplius conſtare forſan poſſet, iam conſignare licet) ita & de primis vrbium conditoribus, de prima vrbe, de tempore, quo primum mœnibus cingi vrbes cœpere, diuerſa multum iidem prodiderunt. Plinius lib. VII. N. Hiſt. capite, quo quæ cuiusque inuenta ſint, indicat, 56. *oppidum*, inquit, *Cecrops a ſe appellauit*

Cecropiam, quæ nunc arx eſt Athenis. Aliqui Argos a Phoroneo ante conditum volunt: quidam & Sicyonem. Ægyptii multo ante apud ipſos Dioſpolin. Et mox: *Thraſon muros inuenit.* Tyrrhenorum genti id alii tribuunt. Certiora ſunt, quæ ex Scriptura ſacra & probatiore hiſtoria primorum temporum primæ monarchiæ habemus. Neque enim dubium, quin nulla usquam prior exſtet & antiquioris vrbis mentio, quam eius, cui a ſe ædificatæ de filii nomine nomen fecit Cain, vt rem narrat diuinus ſcriptor Moſes, Gen. IV. 17. vel ab Enos *Enoſce*, vt ait Ioſephus, vel, ſi Scripturæ ſacræ literam ſequare, *Chanociæ*, a Chanoc. quidquid ſit de eo, quod ſectis, quam tradidit Ioſephus, ad hunc locum ſcribit Riuetus, Exercitat. in Geneſ. XLIV. *non talem initio a Caino conditam fuiſſe vrbem, quæ murorum ambitu, & ædificiorum ſtructura commendaretur: ſed prout ſemper exigua ſunt rerum initia, talem, quæ etſi communi nomine inſigniatur vrbium, nondum pagi aut municipii conditionem excederet.* Æſtimari non incommode res ea poteſt ex ædificandi cauſis, & propoſito Caini, qui vrbem moliebatur, vt vel faſtum oſtentaret & contumaciam, vel conſuleret ſecuritati ſuæ, metumque & terrorem faceret aliis, & ex vrbe damna per vim & latrocinia inferret: ſeu hæc omnia ſimul aliquo modo, vel alia reſpexit. Legendus hac de re Ioſephus, Antiquit. lib. I. 3. Lutherus in Geneſin, Merceri prælectiones in hoc caput, & Theologi atque interpretes alii, quos huc congerere nihil attinet. Minus autem conſideratione dignum, præſertim hoc loco, quod adiecere Hebræi,

vt

vt traditionem refert Alexander Sardus, de rer. inuent. lib. I. p. 44. Cainum non tantum hanc, sed & sex vrbes alias condidisse. De primis post diluuium vrbibus consuli debet vetustissima, vt dixi, rerum Assyriacarum historia & Chaldaicarum: potissimum qua parte ea certior est. Ad quæ tempora & Sicyoniorum dynastiæ initium historici referunt; quorum vrbem inter antiquissimas posuit Plinius. Quæ de peruetusto aliarum in aliis terris per ea tempora vrbium conditu ferunt, excutiant, quibus otium, imo quibus volupe est, alii. Porro in hoc in primis capite obseruari potest plus satis frequens particulæ δὲ vsus. De quo in hoc autore dici idem non potest, quod de Odarum Sapphonis, quæ ad nos integræ peruenerunt, altera recte dixit, & ad obseruationem artificii, in exprimendo languentis amore animi affectu retulit vir longe doctissimus Tanaquilius Faber in notis ad Anacreontem & huius Poetriæ Odas p. 206. 207. Et vt in aliis quoque autoribus sæpe non tantum redundat, sed etiam ex propinquo iteratur hæc particula, ita & in Nostro idem per plures continua serie periodos fit. Quod quemadmodum se habeat, partim alibi innui, partim aliis cogitandum relinquo.

2. Ὑποτετάχθαι.) Obseruandum tyronibus in hac lingua præteritum interdum pro præsenti poni, non minus quam in Latina. quale est illud Horatii epist. I. 1.

—— sapientia prima est
stultitia caruisse. ——

Et ita multi alii locis plurimis.

Ἐπολέμουν οἱ δύο.) Nomen natura duale cum verbo plurali; vt sæpe alias. Infra, addito etiam substantiuo plurali, δύο τοξόται ἀνέβαινον.

οὓς ἐπίεσαν.) Msc. οἳ ἐπῄεσαν. Potest etiam legi οὓς ἐφίεσαν ἐπὶ τὸν πύργον, sicut & versio habet: *immittebant in turrim.*

3. Καὶ ἐκπορθεῖ.) Msc. ὃς καὶ ἐκπορθεῖ. Quanquam ad obliquos etiam casus præcedentes interdum referantur verba. Ælian. Var. Hist. III. 16. Κροῖσος πρὸς τὸν Πίνδαρον πρέσβειαν ἀπέστειλεν ὡς δὲ οὐκ ἐπείσθη (Πίνδαρος) ἐπολιόρκει τὴν πόλιν Κροῖσος. Eodemque modo multis locis alii. Vide Glass. Philol. sacr. lib. IV. tract. 2. obs. 1.

4. Ἦλθε δὲ αὐτῷ ἄγων.) Ante datiuos pronominis αὐτὸς particula σὺν interdum omittitur, vt in illo Athenæi: καταπέπωκε τὸν ναύκληρον αὐτῷ τῷ σκάφει. *Deuorauit nauclerum simul cum nauigio.* Isocr. de pace: αἱ τριήρεις αὐτοῖς πληρώμασι διεφθάρησαν. *Naues simul cum hominibus perierunt.* (ante idem nomen adhibuit Ælianus, Var. hist. V. 10. Οἱ Ἀθηναῖοι, scribit, ἀπώλεσαν διακοσίας τριήρεις σὺν τοῖς πληρώμασι.) Omisit quoque Aristoph. in Nub. Act. IV. sc. 5. ἔμελλον ἄρα κινήσειν σ' ἐγὼ αὐτοῖς τοῖς τροχοῖς. Ælian. Var. I. c. 3. de Hydro: ἀμηχανεῖ καταπιεῖν βάτραχον αὐτῷ τῷ καλάμῳ. Et qui locus ad nostrum accedere propius videtur, si datiuum compositum ἑαυτῷ eadem censeas æstimatione, lib. II. c. 41. οἴκοθεν ἑαυτῷ ἐπαγόμενος τὸ ἐφόδιον. nisi τὸ ἐπάγεσθαι isto loco acquirendi & accersendi significationem habeat.

6. Καὶ

6. Καὶ γεάφειν.) Suspecta mihi hæc, tanquam ab aliena manu. In Cod. Constantinop non leguntur. Nihil tamen moueo.

ΚΕΦ. μ.

ΠΕΡΙ ΚΕΡΒΕΡΟΥ.

Λέγεσι περὶ Κερβέρου, ὡς κύων λύν, ἔχων τρεῖς κεφαλάς· δῆλον δ', ὅτι καὶ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκλήθη Τρικαρήνου, ὥσπερ ὁ Γηρυόνης. ἔλεγον δ' οἱ ἄνθρωποι, καλός τε καὶ μέγας ὁ Τρικαρήνου κύων. λέγεται δ' περὶ αὐτοῦ, ὡς Ἡρακλῆς ἐξ ᾅδου ἀνήγαγεν. ἐγένετο δὲ τοιοῦτόν τι. Γηρυόνῃ περὶ ταῖς βουσὶν ἦσαν κύνες μεγάλαι καὶ νεανικαί· ὀνόματα δὲ ἦν αὐτοῖς τῷ μὲν Κέρβερος, τῇ δὲ Ὄρθος. τὸν μὲν οὖν Ὄρθον Ἡρακλῆς ἐν Τρικαρήνῳ, πρὶν ἐλάσαι τὰς βοῦς, ἀναιρεῖ·

CAP. XL.

DE CERBERO.

Cerberum canem fuisse tricipitem ferunt. Manifestum vero, & hunc ipsum a ciuitate dicta Tricarenum, quemadmodum Geryon. In ore itaque omnibus erat pulcher ille, & magnus canis Tricarenus. De quo etiam memorant, quod Hercules illū ex inferis deduxerit. Cæterum eiusmodi quid factum est. Geryon ad coërcendos boues canes habebat magnos, & iuuenes; quorum vni Cerberi nomen, alteri Ori inditum. Orum quidem in Tricaria ciuitate, priusquam boues abigeret, Hercules interemit; & Cerberus boues

 simul

a εἴρηται. b Γηρυόνεσι. c αὐταῖς.

ὁ ἢ Κέρβερος συνηκολούθησε ταῖς βουσίν. ἐπιθυμήσας ἢ ἔξ κυνὸς ἀνὴρ Μυκηναῖος, ὄνομα Μολοσσὸς, τὸ μὲν πρῶτον ἤτει τ Εὐρυσθέα δοθῆναι d τ κυνα· ὑ βλομένου ἢ ἔξ Εὐρυσθέως, ἀναπείθει τοὺς βουκόλους, καὶ τὸν κυνα καθειργνύουσιν e ἐν τῇ Λακωνικῇ ἐπὶ Ταινάρῳ ἐν σπηλαίῳ τινὶ, καὶ ἀφίησιν αὐτῷ κυνας θηλείας συμβατεύειν f. Εὐρυσθεὺς δὲ πέμπει Ἡρακλέα ἐπὶ g ζήτησιν ἔξ κυνός. ὁ δὲ πᾶσαν ἐπελθὼν τὴν Πελοπόννησον, ἦλθεν ὅπου ὁ κύων αὐτῷ ἐμυήθη εἶναι h. καὶ καταβὰς, ἀνάγει ἐκ τοῦ ἄντρου τὸν κυνα. Ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι Διὰ τοῦ ἄντρου καταβὰς εἰς ᾅδου ὁ Ἡρακλῆς ἀνήγαγε τὸν κυνα.

simul subsecutus est. Huius autem flagrantissimus vir Mycenæus, nomine Molossus, primum quidem ab Eurystheo canem illum sibi tradi petiit: quo abnuente, pastores conciliat: hi Cerberum in antro concludunt in Laconica prope Tænarum, atque ad coitum canes fœminas adponunt. Porro Eurystheus ad inuestigandum canem Hercu- 3 lem misit; qui peragrata tota Peloponneso, tandem ad locum accessit, in quo latitare canis dicebatur; atque in antrum descendens, canem inde abduxit. Proinde di- 4 xerunt homines, Herculem, cum ad inferos per antrum descendisset, canem exemisse.

NO-

d ἀποδεδόσθαι τὸν αὐτὸν κύν. e καθειργνῦσι. f uid. not. g κατά. h ὑπάρχειν.

NOTÆ
AD CAP. XL.

Ὡς κύων ἦν. *Canem fuiſſe.*) Pauſaniæ in Laconicis ſerpens teter eſt, in ſpelunca Tænari, Laconiæ promontorii. Et quia morſus eius lethalis fuit, prætereaque in Tænaro aditus eſſe credebatur ad inferos, dictus eſt hic Ditis & inferorum canis. Videatur Strabo, lib. VIII. & porro de loco deſcenſus ad inferos etiam Ouid. metam. IV. 432. Conf. & Nicolaum Leonicum var. hiſt. lib. I. c. 31. Alii canem fuiſſe Aidonei, Regis Moloſſorum, longe acerrimum tradunt, cum quo iuſſi pugnare, qui filiæ Proſerpinæ nuptias expetebant. Vide Plutarchum in Theſeo. Qui idem in Nicia Timæum, infelicem & inſulſum Thucydidis æmulum, tradidiſſe, ait, Herculem a Proſerpina accepiſſe Cerberum. Et Heſiodus in Theogonia v. 306. ſeq. ex Typhone & Echidna duos natos canes memorat, Orthum Geryonis, Cerberum Plutonis. Platonicis Cerberus ſymbolum fuit mali Dæmonis, quem Perſæ Arimanium appellarunt, poteſtatem in tria elementa exſerentis, vt ſcribit Voſſius Theol. Gent. lib. II. c. 29. Nam cœlo exſul, in terræ & aquæ globo oberrat; & Principis, cui poteſtas eſt in aëre, meminit Apoſtolus ad Epheſios c. II. 2. Conf. & c. VI. 12. Ad ſcientiam naturæ qui hæc applicant, terram Cerberum dici volunt, quaſi κρεοβόρον, carnes vel corpora animantium vorantem. Et quia ſepulchra & cauernæ ſerpentibus abundant, additum

ditum in fabula, Cerbero pro capillis fuiſſe angues. Iam ad generationem quoque corporum, quæ in terra fit, aut certe partibus terreis multum debet, id accommodant, quod Cerberus dicitur accedentes excepiſſe blanditiis, diſcedere parantes allatraſſe, & arte mala male perdidiſſe. Heſiod. Theogon. 769. Naturam enim fauere generationi, abhorrere a corruptione. Conſer. Euſeb. Præpar. Euang. lib III. c. 2. Quin & per id, quod abire cupientes laniare aut vorare dicebatur Cerberus, immortalitatem animarum indigitari ſolitam, exiſtimant a Pythagoricis. Nimirum abire eas non poſſe, quin corrumpantur corpora, & redeant in terram. Vide Natalem lib. X. mytholog. Nec male ad hanc explicationem de generatione quadrat, quod Hercules domuiſſe Cerberum dicitur. Hercules enim in fabulis ſæpe ſignificat ſolem. Vide not. ad cap. XXXVII. ex Voſſio. Quid autem in generatione ſol poſſit, nemini eſſe poteſt ignotum. Morali interpretatione Cerberus quibusdam perfidiam adulationem ſignificat. Eo enim pertinere volunt, quod venientibus blandus & bonus, diſcedentibus longe alius fuit Cerberus. Plures de auaritia expoſuere. Auari enim opes numosque, quando obueniunt, multa cum lætitia excipiunt; ægerrime autem erogant, nec niſi coacti; vt Cerberus in lucem protractus vomuit. Inde natum aconitum. Plin. lib. XXVII. c. 2. Nam male congeſtæ opes, ni cautius ſanctiusque, quam partæ ſunt, vtare, cum prodeſſe debebant, exitium afferunt. Cerberus multorum eſt capitum, vt malorum omnium radix eſt auaritia.

Poſſes

Posses non inepte Cerbero comparare auares & malæ fidei hospites, quales in diuersoriis publicis, apud exteros præsertim, iter facientes interdum inueniunt. Aduenientes illi plus quam Gallica comitate excipiunt: adesse iubent, ad iussa nouorum hospitum accipienda, blanda seruorum & ancillarum capita. At vbi abeundum est, ni protinus numeres, quantum imperatum fuerit: non satis est illi hominum generi, vel seueritatem Hispanicam finxisse vultu: vel more Heluetico prouocasse ad fidem & grauitatem gentis: etsi nullis mortalium minus sint, quam Heluetiis similes: sed iam vel supra Schytas truces sunt; & vbi nihil opus, ædes vicosque clamoribus implent; non segniter succinente malis dominis simillimo domesticorum grege. Ita & tricipitis Chimæræ fabulam de tribus malis hospitibus, viris quidem duobus; muliere autem vna, quosdam exposuisse, testis est Eustathius ad Iliados 2. locum quem cap. XXIX. supr. allegaui. Albricus de intemperantia interpretatur, quam subigit Hercules, id est, ratio & modus. Huic Cerbero tria inesse dicit capita: in quantitate, vt loquitur ille, abundantiam, assiduitatem in tempore, voluptatem in vsu. Quod an allegoriam sapiat, ab antiquitatis gustu non alienam, eruditis iudicandum relinquo.

Ἔχων τρεῖς κεφαλάς. *Tricipitem.*) De numero capitum & hic varie traditum. Quidam cum Nostro tria fuisse perhibuerunt, alii quinquaginta, alii centum. de quibus vide Natalem, lib. III. Mythol. c. 5. & qui huius fabulæ alia, quanquam breuius explicauit Barth.

Me-

Merulam, ad Ouid. Triſt. lib. IV. eleg. 6. Quæ conciliauit, ni fallor, Apollodorus ſecundo Bibliothecæ, εἶχε δὲ, inquiens, τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλάς, τοὺς δὲ ἄλλους δράκοντος, κατὰ δὲ νώτου παντοίων εἶχεν ὄφεων κεφαλάς. *Tria habuit capita canina,* (hoc vero illud eſt, quod alii tria capita latraſſe dicunt) *& caudam draconis; in dorſo autem ſerpentum omnis generis capita habuiſſe fertur.*

Ὥσπερ ὁ Γηρυόνης. *Vt Geryon.*) Vide cap. XXV.

1. Τῇ δὲ Ὠρος. *Alteri Ori nomen inditum.*) Lege, quæ ſupra hoc capite ex Heſiodi Theogoniæ verſ. 306. annotata ſunt. Mſc. Τῷ μὲν Κέρβερος, τῷ δὲ Ὄρθος, ſicut Heſiodus. & mox τὸν μὲν δὴ Ὄρθον. Confer Theogon. 327. Neque tamen eo minus ſibi conſtabit vocabuli genus Grammaticum.

2. Καὶ ἀφίησιν αὐτῷ κύνας θηλείας συμβατεύειν. *Ad coitum canes fœminas adponunt.*) Phaſinianus ad ſenſum non incommode, obſeruato numero verbi ἀφίησι, *ex ſuis canes quasdam fœminas ad coitum cum illo mittit.* Sed illud *ex ſuis* addidit ex ſuo. De cætero Mſc. hic habet, καὶ ἀφίησιν αὐτῷ ἐπὶ κύνας θηλείας ἐμβατεύειν. Forſan cum pleonaſmo præpoſitionis ſcribendum fuit ἐπιβατεύειν.

3. Ἦλθεν ὅπου ὁ κύων.) Βραχυλογία Græca, qualis in illo Æliani Var. hiſt. lib. I. c. XXXII. ἐλθὼν ἔνθα κατέλυεν ὁ βασιλεύς. vid. & cap. XXXIV. eiusdem libri. Heſiod. Theogon. 586. ἐξάγαγ' ὅνθ' ἄριστοι ἔσαν θεοί. vt alia non afferam.

4. Ἀνήγαγε τὸν κύνα. *Canem exemiſſe.*) Καὶ δείξας Εὐρυσθεῖ πάλιν ἐκόμισεν εἰς ᾅδου. *monſtratum* Eu-

Eurystheo rursus reduxit ad inferos. Apollod. biblioth. lib. II.

Κεφ. μα.

ΠΕΡΙ ΑΛΚΗΣΤΙΔΟΣ.

Λέγεται μῦθος τραγικώδης, ὡς δὴ μέλλοντός ποτε τοῦ Ἀδμήτου θανεῖν a, αὕτη εἵλετο ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον. καὶ Ἡρακλῆς αὐτὴν διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀφελόμενος b, καὶ ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ ᾅδου, ἀπέδωκεν Ἀδμήτῳ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδένα ἀποθανόντα δυνάσθαί τινα ἀναβιῶναι c. ἀλλ' ἐγένετό τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ Πελίαν ἀπέκτειναν αἱ θυγατέρες, καὶ Ἄκαστος ὁ Πελίου ἐδίωκεν αὐτὰς, οὐ λαμβάνει μέν· Ἄλκηστις δὲ καταφεύγει εἰς Φερὰς πρὸς Ἄδμητον, τὸν ἀνεψιὸν αὐτῆς. καὶ καθιζόμενος d ἐπὶ τῆς ἑστίας, οὐκ ἐβούλετο e Ἄδμητος

CAP. XLI.

DE ALCESTIDE.

Circumfertur tragica fabula, quod cum Admetus iam morti esset proximus, hæc loco illius mortem elegerit, quodque Hercules, pietate permotus, illam ab inferis ablatam reduxerit, & reddiderit Admeto. Mihi autem videtur, neminem alicui vitam posse restituere semel ademtam. At vero huiusmodi quippiam accidit. Postquam Peliam filiæ suæ occidissent, & filius Peliæ Acastus persequeretur eas, neque tamen vllam comprehenderet; Alcestis ad consobrinum Admetum Pheras profugit; hic vero, domo se sua tenens, deditam eam peten-

a ἀποθανεῖν. b ἀφελ. τὸν θάνατον. c ἀναβιοῦντα ποιήσασθαι. d καθεζομένην. e ἐδύνατο.

Ἀκάστῳ ἔκδοτον ἐξαιτου-
μένῳ δοῦναι. ὁ δὲ πολλὴν 2
στρατιὰν παρακαθίσας ἐ-
πὶ τὴν πόλιν, ἐπυρπόλει
αὐτοὺς f. ἐπεξιὼν δὲ ὁ
Ἄδμητος, ἔχων καὶ λοχα-
γοὺς νύκτωρ g, συνελή-
φθη ζῶν. ἠπείλει δὲ Ἄ-
καστος ἀποκτείνειν αὐ-
τόν. παθομένη δὲ ἡ Ἄλ- 3
κηστις, ὅτι μέλλει ἀναι-
ρεῖσθαι Ἄδμητος δι' αὐ-
τὴν, ἐξελθοῦσα ἑαυτὴν
παρέδωκε. τὸν οὖν h Ἄδ-
μητον ἀφίησιν ὁ Ἄκαστος,
ἐκείνην δὲ συλλαμβάνει.
ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἀν- 4
δρέα γε Ἄλκηστις ἑκοῦσα
ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου.
τοιοῦτο μέντοι οὐκ ἐγένετο,
ὡς ὁ μῦθος φησί. κατὰ 5
γοῦν i τὸν καιρὸν τοῦτον
Ἡρακλῆς ἧκεν, ἄγων ἔκ
τινων τόπων τὰς Διομή-
δους ἵππους. τοῦτον ἐκεῖ-
σε πορευόμενον ἐξένισεν
Ἄδμητος. ὀδυρομένου 6
δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφο-

petenti Acasto tradere no-
luit. Eapropter magno
ille ad vrbem exercitu ad-
moto, incendio agros illo-
rum deuastauit: atque Ad-
metus de nocte cum du-
cibus egressus, viuus inci-
dit in manus hostiles: se-
que eum interemturum
Acastus comminatus est.
Alcestis autem intelligens,
sua de caussa e medio tol-
lendum esse Admetum,
sponte egressa se ipsam
obtulit: qua detenta, Ad-
metum Acastus dimisit.
Hinc Alcestis ob virilem
animi magnitudinem ab
hominibus celebrata, vt
quæ vltro mortem pro
Admeto oppetiisset. Non
igitur hoc eo modo, quo
fabula habet, euenit. At
sub idem tempus, agens
secum Diomedis equos
Hercules aduenit; eum-
que iter istuc instituentem
Admetus hospitio exce-
pit.

f αὐτόν. g vide not. h μὲν οὖν. i γάρ.

ρὰν τῆς Ἀλκήστιδος, ἀναχτησάμενος Ἡρακλῆς, ἐπιτίθεται τῷ Ἀκάστῳ, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διαφθείρει, καὶ τὰ μὲν λάφυρα τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ διανέμει, τὴν δὲ Ἄλκηστιν τῷ Ἀδμήτῳ ἀποδίδωσιν. Ἔλεγον δέ τινες τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἐντυχὼν Ἡρακλῆς, ἐκ τοῦ θανάτου ἐρρύσατο τὴν Ἄλκηστιν· τούτων γενομένων ὁ μῦθος παρεσκευάσθη.

pit. Deplorante vero fortunam Alceſtidis, Hercules indignabundus cum Acaſto congreditur, exercitum eius delet, ſpolia Admeti copiis diſtribuit, atque ipſi Alceſtin reducit. Exinde inter mortales ſermo, quod Hercules forte ſuperueniens Alceſtin e morte eripuerit. His ita geſtis conficta eſt fabula.

NOTÆ
AD CAP. XLI.

Περὶ Ἀλκήστιδος. *De Alceſtide.*) Non ſine voluptate de hoc argumento legi poteſt Alceſtis Euripidis. Fulgentius lib. I. mythol. ſub finem explicationem fabulæ quærit in etymo nominum: vereor vt ſatis apte. Id ſane quod Admetum dictum ait, quaſi quem *adire potuit metus*, alienum eſſe debebat ab eo, qui aliquam præ ſe fert Græcæ linguæ notitiam. De fabula vide Ioan. Tzetzen Chil. II. hiſt. 53. vbi hanc explicationem Palæphati probat; in aliis pluribus inclementius de illo iudicat.

Τραγικώδης.) Repugnat vox ſententiæ quorundam Grammaticorum, qui huius formæ adiectiua a ſubſtantiuis deſcendere tradunt, vt nempe a *μανία*

est μανιώδης, a μῦθ@ μυθώδης, a παραχὴ παραχώδης, a λίθ@ λιθώδης· non a μανιακὸς μανιακώδης, nec a μυθικὸς μυθικώδης, aut a παραχτικὸς παραχτικώδης, a λίθιν@ λιθινώδης. Et Theodorus Gaza introd. Gramm. lib. II. de χηματισμοῖς κτητικῶν, parallela quasi ponit adiectiua in κ@ & ωδης desinentia; vt quæ non a se inuicem, sed a communi primitiuo deriuentur. Τὰ εἰς κ@, inquit, καὶ εἰς ώδης, ἀπὸ τῶν εἰς ος. Quanquam & mox subiicit, non ab istis solis hæc deriuari.

Αὐτῷ δὲ τῷ εὐσέβειαν ἀφελόμεν@.) Msc. addit τὸν θάνατον. addit & codex Cl. Tollii, qui & pro αὐτὴν scribere iubet αὐτῇ. Quantum ad constructionem attinet, posset id videri non omnino necessarium. Nam si non frequentius, vix minus frequens est hoc verbi cum gemino accusatiuo construi, quam cum casu tertio simul & quarto. Isocrates in Panathenaico, vt Athenienſem celebrat ciuitatem. ἀφελομένην τοῖς πολεμίοις τὴν θαλάτταν τῆς Ἀσίας, καὶ πολλὴν ἄλλην χώραν· ita idem paucis ante istum locum paginis scribit: οἱ συγκινδυνεύσαντες ἀφελόμενοι τὰς Λακεδαιμονίους τὴν ἡγεμονίαν. Et in Panegyrico: Δόντων τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὐκ ἀμφισβητούντων δὲ τῶν νῦν ἡμᾶς ἀφαιρεῖσθαι (τὴν ἀρχὴν τῆς θαλάττης) βελομένων. Similis formæ est elegans illud Galeni Therap. method. lib. XII. Σκαιῷ μὲν ἀνδρὸς ἔργον ἐστὶν, ἅμα τῷ νοσήματι καὶ τὴν ζωὴν ἀφελέσθαι τὸν ἄνθρωπον, *inepti* aut praui *est viri, simul cum morbo omini auferre vitam*. in quibus tamen exemplis, qui ei dicitur accusatiuus, rem vtilem & bonam significat.

ficat. Idem, quem modo laudaui, Isocrates in Euagora, secundo etiam casui Ionice iunxit. Κύριος τῶν Μήδων ἀφελόμενος τὴν ἀρχήν. Plura afferre nihil attinet in re nota. Absque vocibus τὸν θάνατον si hunc locum legas, poterit sensus esse: Herculem subduxisse Alcestin Morti vel Plutoni; vt est etiam apud Euripidem; quod & sonare videtur versio. Nec prorsus abludit sensus, quem habet verbum in phrasi ἀφαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν, *asserere in libertatem.*

1. Μηδένα ἀποθανόντα δύνασθαί τινα ἀναβιῶναι.) Versiones: *vitam restituere, ad vitam reuocare.* Ἀναβιῶν, ἀναβιῶναι, & ἀναβιῶσαι vsitatius significant *reuiuiscere.* Interdum tamen transitiue, vt loquimur, *facere vt aliquis reuiuiscat.* vt in illo Platonis, ἀναβιῶσαι τὸν τελευτῶντα. Neque tamen simplicius non procederet sententia, si deleta particula τινα, sensu neutrali vocem caperes. Codex Rauianus pro ἀναβιῶναι habet ἀναβιῶντα ποιήσαι. Forte ἀναβιῶντα.

Καθεζομένης ἐπὶ τῆς ἑστίας.) Msc. καθεζομένου. Phasin. *Qui tum forte ad ignem sedebat.* Sed non licet ita prodigum esse temporis & operæ, vt loca omnia huius interpretis ad textum Græcum exigantur.

Νύκτωρ.) Vocem hanc ponit Msc. post Ἄδμητον.

2. Ἀποκτείνειν αὐτόν.) Addit Msc. Cl. Tollii εἰ μὴ ἀποδώσει ἑκέτην ἴσαν. Constantinop. pro ἀποδώσει habet ἀποδοίη.

4. Ὑπεραπίθανεν Ἀδμήτου.) Pro ἀπίθανεν ita ἡ

Ἀδμήτου. Forma loquendi ab Ionibus accepta. Vide notas Camerarii ad Herodotum, de dialecto Ionica. Τρία ἔτεα ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν id est, ἐπὶ τρία ἔτη ἀνεβάλλετο. *in tertium annum distulit Sardium expugnationem.* ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου. *mortua est pro Admeto*, id est, loco Admeti: ita vt morte sua Admetum a moriendi necessitate liberarit: aut mortem obierit, quæ alias obeunda fuisset Admeto, quem sensum hæc historia exigit. Atque idem fert proprietas dictionis Græcæ in illis N. Testamenti locis, in quibus Christus dicitur ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν, *mortuus esse pro nobis.* Non, vt improbe hæc torquet impietas Photiniana, quod exemplo tantum obedientiæ viam dedicarit, qua nobis per aduersa omnia, ipsamque patientiam mortis, ad cælos eluctandum est.

5. Τὰς Διομήδους ἵππους. *Diomedis equos.*) Vide not. ad cap. IV. §. 1.

6. Ἀναχτησάμην.) Affectus & operis longe alius hoc verbum est, quam *indignationis*, cuius mentionem facit versio. Eo autem sensu legendum foret ἀγαναχτησάμην.

(O)

CAP.

Κεφ. μβ.

ΠΕΡΙ ΖΗΘΟΥ. a.

Ἱστορȣ̃σιν ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος, ὅτι κιθάρᾳ τὸ τεῖχος τῶν Θηβῶν ἐτείχισαν b. δοκȣ̃σι δὲ ἔνιοι κιθαρίζειν αὐτȣ̀ς c, καὶ τȣ̀ς λίθȣς ἐπὶ τὸ τεῖχος αὐτομάτως ἀναβαίνειν. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· κιθαρῳδοὶ ȣ̃τοι ἄριστοι ἐγένοντο, καὶ ἀπεδείκνυντο μισθῷ d. ἀργύριον δὲ οὐκ εἶχον τότε οἱ ἄνθρωποι· ἐκέλευον ȣ̃ν οἱ περὶ τὸν Ἀμφίονα, καὶ εἴτις e βȣ́λοιτο ἀκȣ̃σαι f αὐτῶν, ἐρχόμενος εἰργάζετο g ἐπὶ τὸ τεῖχος. ȣ̀ μέντοι οἱ λίθοι ἀκροώμενοι ἵσταντο. εὐλόγως ȣ̃ν οἱ ἄνθρωποι ἔλεγον, λύρᾳ τὸ τεῖχος ἐκτίσθη h.

CAP. XLII.

DE ZETHO.

Memorant Hesiodus, & alii, quod citharæ pulsu Thebana mœnia exstructa sunt. Arbitrantur vero nonnulli, illis modulantibus, sponte sua lapides in murum prosiliisse. Sed veritas ita se habet. Citharœdi erant præstantissimi, & licet nulla adhuc tum temporis inter homines pecuniæ esset vsura, artem tamen nunquã nisi mercede, ostendebant. Iusserunt itaque Zethus & Amphion, vt si quis audiendi desiderio teneretur, manum ædificando muro præberet. Non enim arrectis ad citharam auribus lapides adstabant. Proinde haud iniuria dictum est murum lyræ beneficio positum fuisse.

a Ἀμφίονος καὶ τῆς λύρας αὐτȣ̃. b ἐκτίσθη. c Ἀμφίονα. d μισθὸν ἐπεδείκν. e Ἀμφίονα. εἴ τις. f ἀκώειν. g ἐργάζεσθαι vide not. h ἐτειχίσθη.

NOTÆ
AD CAP. XLII.

Περὶ Ζήθου. *De Zetho.*) Vt ex variantibus apparet lectionibus, codd. alii habent περὶ Ἀμφίονος καὶ τῆς λύρας αὐτοῦ. Et in textu ipso huius capitis aliquid tale legisse videtur Phasinianus; nisi & hic nimium sibi indulsit. *Thebana*, inquit, *mœnia Zethus & Amphion citharæ sono struxerunt.* Certe nomina ista hoc loco deesse, arguit id quod sequitur, αὐτὼ, & κιθαρῳδοὶ ὄντε ἄμφω ἐγίνοντο.

Ἡσίοδος. *Hesiodus.*) In iis credo, quæ interciderunt, de quibus videri potest Pausanias in Bœoticis, & Lilii Gyraldi Dial. 2. de historia Poëtarum.

Ἐτείχισαν.) Perperam in editione Amstelodamensi ἐτείχησαν. non dubio typi vitio. Sed & huic quam restituo lectioni præfero quod Msc. habet, ἐκτίσθη; vel vt in fine est capitis ἐτειχίσθη.

Κιθαρίζειν αὐτούς. *Illis modulantibus.*) Msc. ad solum Amphiona hoc refert, quod & Tzetzes facit Chil. I. hist. 13. Horatius de arte:

Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

1. Κιθαρῳδοὶ ἦτον. *Citharœdi erant.*) Dissentit, vt videtur, idem Horatius lib. I. epist. 1.

Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi dissiluit, donec suspecta seuero

Con-

Conticuit lyra, fraternis ceſſiſſe putatur
Moribus Amphion.

Notat & diſſimilitudinem quandam morum Propert. lib. III. 13. vbi

Zethum appellat *durum, lacrymis Amphiona mollem.*

At Euſeb. Præparat. Euang. lib X. c. 12. Ζῆθός τε καὶ Ἀμφίων οἱ Μουσικῆς εὑρεταί. Vide vero Seruium ad illa Virgil. Eclog. 2.

Amphion Dircæus in Actæo Aracynthe.

Ad quem locum ex Apollon. Argonaut. ſubiicit Probus, Amphiona quidem cantu vocaſſe, Zethum autem humeris attuliſſe lapides.

Ἀπεδείκνυντο μισθῷ.) Mſc. Tollianus ἀπεδείκνυντο μισθόν. Conſtantinop. ἐπεδείκνυντο μισθόν. *indicabant mercedem, ob quam citharam eſſent pulſaturi,* vt hæc explicat Cl. Tollius in notis. Verſio: *artem nunquam, niſi mercede oſtendebant.* Nec longe abit Phaſianus; *artem ſuam mercede inuitati oſtendebant.*

2. Καὶ εἴ τις βούλοιτο ἀκῦσαι αὐτῶν. *Si quis audiendi deſiderio teneretur.*) Mſc. omittit ἂν, & pro ἀκῦσαι habet ἀκούειν, vt Tollianus. Pro εἰργάζετο (in quo enallage eſt indicatiui pro ſubiunctiuo) εἰργάζεσθαι; vnde legendum coniicio, ſecundum meum quidem Mſc. εἰργόμην εἰργάζεσθαι. Porro vt hunc Amphiona cum Orpheo componit Plato, lib. III. de republ. illi Muſicam tribuens organicam, qua canitur lyra: illam vero quæ fit aſſa voce Marſyæ Lydo vel Olympo (vid. Voſs. Theol. Gent. lib. I. c. 16. Lætulei. ad Lactant. de falſ. ſap. c. XIV.) & præter Platonem

Pausanias in Bœoticis, aliique: ita & hic cantus Amphionis, quo ad ædificandos muros adduxit homines, de eloquentia & flexanima suada exponi potest. Et hoc quoque innuere videtur illud supra allegatum Horatii, *prece blanda*. Nec tantum ad vrbes, sed etiam ciuitates condendas hoc cantu adductos homines, mythologi existimant.

Λύρᾳ τὸ τεῖχος ἐκτίσθη. *Murum lyræ beneficio positum fuisse.)* Et de Troianis muris fert fabula, quod eos fabricati sint Neptunus & Apollo: atque Apollo quidem lyra. Vide interpp. Virgil. ad Æneid. II. 610. III. 3. & Martialem, lib. VIII. epigr. 6.

Κεφ. μγ.

ΠΕΡΙ ΙΟΥΣ.

Φασὶ τὴν Ἰὼ ἐκ γυναικὸς βοῦν γεγονέναι b, ἐξοισηθεῖσαν c, ἐξ Ἄργους διὰ τῆς θαλάσσης εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· Ἰὼ, βασιλέως τῶν Ἀργείων ἦν θυγάτηρ. ταύτην οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως τιμὴν ἔδοσαν, τὸ, d ἱέρειαν εἶναι τῆς Ἀργείας Ἥρας. αὕτη ἔγκυος γενομένη, καὶ δείσασα τὸν πα-

CAP. XLIII.

DE IO.

Io ex muliere bouem factam, aiunt, œstroque percussam Argis per mare abiisse in Ægyptum. Veritas autem hæc est. Io Argiuorum Regis filia erat. Et hunc ciues honorem exhibuere, vt Iunonis Argiuæ sacerdotio præficeretur. Verum illa grauida facta, & patrem, ciuesque, metuens,

fuga

a Ε τ. I. b γενομένην. c οἰσηθ. d ἔδωκ. ἱέρ. εἶν.

τέρᾳ, καὶ τὰς πολίτας, ἔφυγεν ἐκ τῆς πόλεως. οἱ δὲ 3 Ἀργεῖοι κατὰ ζήτησιν ἐξιόντες, ὅπερ ἂν εὕρωσι, συλλαμβάνοντες, ἐν δεσμοῖς εἶχον. ἔλεγον δὲ ὅτι ὥσπερ βοῦς οἰστρήσασα, διαφεύγοι εἰς Αἴγυπτον. ἔνθα ἀφικομένη τίκτει. ὅθεν ὁ μῦθος ἐπλάσθη.

fuga ſeſe e ciuitate ſubduxit. Argiui ad inueſtigandum exeuntes, inuenta illa, & vinculis conſtricta, dicebant bouis inſtar furioſæ in Ægyptum, perfugiſſe. Huc cum veniſſet, peperit, & occaſionem fabulæ dedit.

NOTÆ
AD CAP. XLIII.

Ἐξοιστρήσασαν. *OEſtro percuſſam.*) Mſc. οἰστρήσασαν. Virgil. III. Georg. 152. de aſilo vel œſtro:

Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

1. Τιμὴν ἔδωκαν. *Honorem exhibuere.*) In ſignificatione pretii his quoque vocibus vtuntur Græci. Ælian. Var. II. 7. ἐλαχίστην δοῦναι τιμήν, *pretio facillimo aliquid dare vel addicere.*

2. Τὸ, ἱέρειαν εἶναι.) In Mſc. abeſt articulus τό. vide tamen notata ad cap. XXXI. De re ipſa conſule Voſſ. Theol. Gent. lib. I. c. 14.

3. Κατὰ ζήτησιν.) Vide cap. XL.

Ἔλεγον δὲ ὅτι ὥσπερ βοῦς υ. δ. ε. Αἴγυπτον. *Dicebant bouis inſtar furioſæ in Ægyptum fugiſſe.*) Mſc.

e δν.

ἔλεγον οὖν, ὥσπερ βοὺς &c. Aliis bos parasemon erat nauis, qua rapta a Phœnicibus, in Græciam nauigantibus, vehebatur Io. Quæ in Ægypto, Osiridi Regi, cognomento Ammoni vel Ioui nupta, postea Isis appellata est, vt ad cap. XVI. notatum. Pertinet huc quoque fabula Argi. Caue tamen, Osiridem Regem, & Isidem Reginam, quales plerumque vulgo depinguntur, vnquam exstitisse in natura, credas: Symbola modo erant, quibus solem & lunam Ægyptii, Arabes, Saraceni, Turcæ, Græci pariter ac Romani, cæteræque gentes religiose colebant, ceu in dissertat. de *Insignibus Turcarum*, ante paucas edita hebdomadas, sect. II. Φάσει XI. p. 56. seqq. pluribus ostensum est.

Κεφ. μδ.

ΠΕΡΙ ΜΗΔΕΙΑΣ.

Φασὶν, ὡς ἀφέψουσα τοὺς πρεσβυτέρους, νέους ἐποίει. ἐγένετο δὲ τοιοῦτον. Μήδεια πρώτη τοιοῦτον ἄνθος εὗρε, δυνάμενον καὶ λευκὰς ποιῆσαι. τὰς τρίχας καὶ μελαίνας τοὺς οὖν χαίροντας a ἐκ τοῦ πολιὰς ἔχειν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι b. πυρίαν

CAP. XLIV.

DE MEDEA.

0 De Medea, vt ferunt, homines recoquente, atque ex senibus faciente iu-
1 uenes, res ita accidit. Prima illa eiusmodi florem inuenit, qui & albos reddere capillos, & nigros posset; atq; ita qui pro albis nigricantes adamarent, efficiebat, vt habere vi-

a γέροντας. b vid. not.

ἓν πρώτη Μήδεια ἐξεῦρεν c. ἐπυρία δὲ τὰς βαλομένας d, οὐκ ἐν τῷ προφανεῖ, ἵνα μή τις ἐμάθῃ τ ἰατρῶν. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πράγματι f παρέψησις. οἱ γὰρ g ἄνθρωποι ταῖς πυρλάσεσιν ἐγίνοντο κραδύτεροι, καὶ ὑγιεινότεροι. ἐκ δὴ τούτου, ὁρῶντες τὴν παρασκευὴν, λέβητας, καὶ ξύλα, καὶ πῦρ, ἐνόμισαν b ὡς ἕψει τοὺς ἀνθρώπους. ὁ δὲ Πελίας, ἄνθρωπος γέρων καὶ ἀσθενὴς, πυρία χρώμενος ἐτελεύτησε i.

viderentur. Inuentis etiam a se balneis, caloribus fouebat volentes; non tamen in publico, ne quis Medicorum artem addisceret. Huic rei nomen erat decoctio. Cum itaque per istiusmodi fomenta agiliores fierent homines sanioresque; viso apparatu, lebetibus scilicet, lignis, & igni, vtique coctura illam veram existimabant. Sed ea similiter vsus Pelias, vir senex, & debilis, vitam perdidit.

NOTÆ
AD CAP. XLIV.

Τοὺς ἓν χαίροντας ἐκ τῆς πολιᾶς ἔχειν μελαίνας τρίχας ἐποίει Φαίνεσθαι. *Qui pro albis nigricantes* &c.) Locus hic nonnihil, vt videtur, Cl. Tollium exercuit, nec me minus. Is autem ita emendat: τοὺς ἓν χαίροντας ἐκ πολιῶν μελαίνας ἔχειν τὰς τρίχας ἐποίει Φαίνεσθαι. Et vix felicius, quam tali modo, hæc

c ἐφεῦρεν. d. c. f. g. *vid. not.* b ἐπείθησαν. i *vid. not.*

hæc emendari potuerunt : præsertim vbi nullus codex lectionis melioris vestigia ostendebat. Puto autem me ex Msc. Constantinop. quanquam haud paulo difficiliore huius loci quam aliorum scriptura, veram eruisse lectionem, sublato etiam vitio ὁμοιοτελεύτῳ καλοφώνῳ, hoc pacto: τὰς δὲ γέροντας ἐκ πολιῶν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι ἔχοντας. *Effecit, vt senes ex* (vel si mauis *pro*) *capillis canis nigros viderentur habere.* Ita scriptum esse, & scribi debere deprehendet, qui attentius legerit; vt de congruo historiæ sensu nihil dicam. Hoc enim illud est, quod initio capitis dicit: τὰς πρεσβυτέρας νέας ἐποίει. & ad finem γέρων πυρία χρώμενος. Et potest illud χαίροντες natum esse ex consuetudine diphthongum αι pronunciantium eodem sono atq; vocalem ε: cum hanc aliquis forte secutus, confusa pronunciatione etiam τῳ χ & γ, hæc librario in calamum dictaret. Quod ad rem ipsam attinet, idem cum Nostro dicit Eusebius Præpar. Euangel. lib. X. c. 6. Μηδεία ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχὶς, πρώτη τριχῶν ἐπίδοσιν βαφήν. *Medea Colchis, Æetæ filia, prima inficiendæ comæ artem excogitauit.*

Πυρίαν δν.) Alia, ni fallor, particula hæc connexuit autor. Nam & in præcedente periodo, & sequente, istud δν occurrit. Et video in Msc. non esse.

Ἐπυρία δν τὰς βαλανίδας.) πυριᾶσθαι ἤγουν πυρία χρῆσθαι. Msc. ἐπυρίαζε γὰρ τὰ σώματα.

Ἵνα μή τις μάθῃ τῶν ἰατρῶν. *Ne quis Medicorum artem addisceret.*) In Msc. pro μή τις est μηδεὶς, & post ἰατρῶν additur: πυριῶσα ὤρχει μηδενὶ, μὴ θύειν.

lego

lego μηνίαν. *Cum ita recoqueret homines, adiurauit, ne cui artem indicarent.*

Πράγματι.) Mſc. πυριάματι.

Παρέψησις.) An vox fuit huic negotio olim propria? Lemma capitis in Mſc. περὶ τῆς ἀφέψεως τῆς Μηδείας.

2. Οἰγοῦν.) Mſc. ὥσπερ οὖν, commate præcedente, non puncto. Quo pacto in ἐγένοντο enallage fuerit modi indicatiui pro ſubiunctiuo.

Πυρίᾳ χρώμενος ἀπέθανε.) Mſc. πυριώμενος ἀπέθανε.

Κεφ. με.

ΠΕΡΙ ΟΜΦΑΛΗΣ.

Λέγεται, ὡς λατρεύει Ἡρακλῆς ταύτῃ· ὁ δὲ λόγος μάταιος. ἐξὸν γὰρ κἀκείνης, καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ δεσπόζειν. ἐγένετο a τοῖον δέ τι. Ὀμφάλη οὖν Ἰορδάνου b θυγάτηρ, Λυδῶν βασιλέως. αὕτη ἀκούσασα τὴν ἰσχὺν Ἡρακλέους, προσεποιήθη ἐρᾶν αὐτοῦ. Ἡρακλῆς c πλησιάσας, ἔρωτι d ἑάλω αὐτῆς. γνᾷ δὲ ἐξ αὐτῆς υἱὸν Λαομή-

CAP. XLV.

DE OMPHALE.

Huic ſeruiiſſe Herculem, inepta fabula eſt: cum & illi, & omnibus, quæ aderant, potuiſſet dominari. Sed ita res habet. Omphale filia erat Iordani, Lydorum Regis; quæ audito Herculis robore, & viribus, eius ſe amore captam prodidit. Hercules poſtquam acceſſiſſet, ſimiliter eam deperiit,

a ἐγέν. οὖν. b Ἰαρδάνου. c Ἡρακλ. δέ. d ἐρῶν.

δὴν. ἡδόμενος δὲ αὐτῇ, ἐποίει ὅ, τι προστάττει e ἡ Ὀμφάλη, οἱ δὲ εἰήθεις, ὑπέλαβον λατρεύειν αὐτὸν αὐτῇ.

3 riit, filiumq; ex illa suscepit Laomedem. Eapropter plurimum eius amoribus oblectatus; omnia capessere, quæcunq; Omphale imponeret. atq; hinc seruitium colligere stolidi homines, & vesani.

NOTÆ
AD CAP. XLV.

Ὡς λατρεύει.) Nimirum huic Nostro parum se probabit acumen male subtilium Grammaticorum, qui, vt tibicinem supponant adorationi sanctorum, hypotheses sectæ in controuersia religionis; non, quod in quæstione de vocabulis Græcis fieri debebat, vsum autorum huius linguæ secuti, λατρείαν & τὸ λατρεύειν ad Deum, δουλείαν & τὸ δουλεύειν ad homines tantum referunt: ἀπροσδιονύσως ad hanc rem applicata distinctione diui Augustini, lib. X. de Ciuit. Dei, c. 1. λατρεύειν enim id quoque officium significare, quod homines hominibus præstant, probat Laur. Valla, Pontificius ipse, in notis ad Euang. Matth. c. IV. ex Sophocle aliisque. Vide textum LXX. interpp. Deut. XXIIX. 48. Δουλεύειν vero & de illo dicitur cultu, qui soli debetur & exhibetur Deo, 1. Sam. VII. 3. Matth. VI. 24. Act. XX. 19. Rom. VII.

e *vid. not.*

VII. 25. 1. Theſſ. I. 9. Plura huc pertinentia loca ſtudioſe congeſſerunt alii; omnibus paſſim obuii. Et Nonnus in paraphraſi Ioh. XVI. 2. Λατρείαν reddit δουλοσύνην. Vide Caſauboni notas ad iſtum locum. Atque ita promiſcuè vſurpantur hæ voces etiam in rebus aliis. Rom. XII. 10. legimus τῷ καιρῷ δουλεύοντες. (exemplaria multa habent Κυρίῳ) Pro quo Phocylides:

Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Seruias tempori, neque ſpires contra ventos.

Eiuſdem eſt propius finem Poëmatis:

Μηδὲ γυναῖκα κακὴν οἶκοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι,
Λατρεύης δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φέρνης.
Mulierem malam ne ducas vxorem *domum:*

Sic enim *ſeruies vxori ob malam* (vel malorum ſiue diſſidiorum fontem) *dotem.*

Iſocr. ad Demon. αἰσχρὸν --- τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν. Lucianus autem in Nigrino, de alieno a diſciplina philoſophiæ ingenio: ἡδονῇ πᾶσαν τὴν ψυχὴν ὑπηρέψας, ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε. Et poſt aliquammulta, de ſtulta admiratione, iuſtoque contemtu nimium diuitiis tribuentium: ἐχρῆν δὲ ταύτῃ τοι καθαιρεῖν αὐτῶν καὶ ἀπευωνίζειν τὴν δυναστείαν, ὑπτιοχίσαντα τῷ πλήτῳ τὴν ὑπεροψίαν. νῦν δὲ λατρεύοντες εἰς ὑπόνοιαν ἄγουσι. Cæterum cum in hanc rem plurima afferri poſſint, vix quisquam tam multa afferet, vt non plura ſeruet vaſtum illud Græcæ linguæ penu. De ſcriptoribus ſacris, qui & ipſi, non minus quam cæteri, his vocibus indifferenter vſi ſunt, præter ea, quæ ſupra allegaui,

gaui, videantur porro Chemn. Exam. Conc. Trident. part. III. de inuoc. ſanctor. ſolut. argum. Pontif. 18. Gerhard. L. C. de morte n. 380. & Theologi alii. Aliam autem fuiſſe Auguſtini ſententiam, & diuerſam multum ab ea, quam ex hoc loco quidam exſculpere conantur, probatum it Voſſius ſub finem lib. I. Theol. Gent. ex eiusdem Auguſtini lib. XX. contra Fauſtum Manich. cap. 21. vbi, *colimus*, inquit, *martyres eo cultu dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita coluntur ſancti homines DEI; quorum cor ad talem pro Euangelica veritate paſſionem paratum eſſe ſentimus: ſed illos tanto deuotius, quanto ſecurius, poſt incerta omnia ſuperata: quanto etiam fidentiore laude prædicamus iam in vita feliciore victores, quam in iſta adhuc usque pugnantes.* Et mox: *At illo cultu, qui Græcè λατρεία dicitur, (Latine vno verbo dici non poteſt) cum ſit quædam diuinitati proprie debita ſeruitus, nec colimus, nec colendum docemus, niſi vnum DEVM. Et compluribus ſane locis*, ſubiicit Voſſius, *religioſum cultum vocat λατρείαν, illum Sanctorum,* "δουλείαν. *Non tamen ſcripturæ hoc diſcrimen ob-* "*ſeruant, nec ſancti Patres, ne Græci quidem: nec ex* "*proprietate, ſiue origine vocum earum, huiusmodi* "*quid conſequitur.* Vide & plura in B. Chemnitio l. c. & Auguſtino ipſo lib. VIII. c. 27. de Ciuit. Dei. & lib. XXII. c. 10. Dixit igitur Auguſtinus, aliud eſſe λατρείαν, vt ille quidem exiſtimabat, aliud δουλείαν: non dixit δουλείαν cultum eſſe inuocationis & religioſum. *Religio* enim, ait Iſidorus, lib. VIII. orig. cap. 3. *appellata eſt, quod per eam vni Deo religamus animas,*

mas, ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. Satius igitur fuerit, ſecundum Voſſium l. c. *vno cultus officio ſi aut ciuilis, aut alio nomine comprehendere obſeruantiam beatæ animæ & viri ſancti in terris, -- quam tam late extendere appellationem cultus religioſi, vt contineat venerationem & DEI & animæ beatæ.* Cauſſam addit, quod ſicut inter DEVM infinitum, & creaturas finitas, etiam ſanctos DEI homines, nulla eſt proportio: ita nec honor, qui cuique horum debetur, vna cenſeri æſtimatione, aut vno venire nomine poteſt: cum cuiusque rei excellentiæ ſuus reſpondeat honos; & vt res, quæ coluntur, ita & veneratio, qua coluntur, tota diſtare debeat natura. Subiungit etiam *cultum, quo ſanctos colimus in terris degentes, non ſpecie ſed gradu duntaxat ab eo differre, quo veneramur illos in cœlum receptos.* Merentur & cætera viri magni iſto loco legi. Δουλείαν ergo τῇ λατρείᾳ oppoſuit ſanctus Pater, vt cultum non religioſum religioſo: non vt ſpeciem vnam cultus religioſi ſpeciei alteri. Sane totum cultum religioſum proprio λατρείας nomine ſignat tum alibi, tum lib. V. de Ciuit. Dei, c. 15. *pietas vera*, inquit, *non exhibet ſeruitutem RELIGIONIS (quam λατρείαν Græci vocant) niſi vni vero DEO.* Nunc ad autorem reuertendum ex diuerticulo; quo me huius occaſio loci, ab hac diſputatione nihil alieni, inuitauit.

ὁ ὃ λόγος μάταιος. *Inepta fabula eſt.*) Ouid. II. de arte:

Ille fatigatæ vincendo monſtra nouercæ,
Qui meruit cœlum, quod prior ipſe tulit:

NOTÆ
AD CAP. XLII.

Περὶ Ζήθε. *De Zetho.*) Vt ex variantibus apparet lectionibus, codd. alii habent περὶ Ἀμφίονος καὶ τῆς λύρας αὐτοῦ. Et in textu ipso huius capitis, aliquid tale legisse videtur Phasinianus; nisi & hic nimium sibi indulsit. *Thebana*, inquit, *mœnia Zethus & Amphion citharæ sono struxerunt.* Certe nomina ista hoc loco deesse, arguit id quod sequitur, αὐτὼς, & κιθαρῳδοὶ ὅτοι ἄρισοι ἐγίνοντο.

Ἡσίοδος. *Hesiodus.*) In iis credo, quæ interciderunt, de quibus videri potest Pausanias in Bœoticis, & Lilii Gyraldi Dial. 2. de historia Poëtarum.

Ἐτείχισαν.) Perperam in editione Amstelodamensi ἐτείχησαν. non dubio typi vitio. Sed & huic quam restituo lectioni præfero quod Msc. habet, ἐκτίσθη, vel vt in fine est capitis ἐτειχίσθη.

Κιθαρίζειν αὐτούς. *Illis modulantibus.*) Msc. ad solum Amphiona hoc refert, quod & Tzetzes facit Chil. I. hist. 13. Horatius de arte:

Dictus & Amphion, Thebanæ conditor arcis,
Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

1. Κιθαρῳδοὶ ὅτοι. *Citharœdi erant.*) Dissentit, vt videtur, idem Horatius lib. I. epist. 1.

Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi dissiluit, donec suspecta seuero

Con-

Conticuit lyra, fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion.

Notat & dissimilitudinem quandam morum Propert. lib. III. 13. vbi

Zethum appellat *durum, lacrymis Amphiona mollem.*

At Euseb. Præparat. Euang. lib X. c. 12. Ζῆθος καὶ Ἀμφίων οἱ Μουσικῆς εὑρεταί. Vide vero Seruium ad illa Virgil. Eclog. 2.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Ad quem locum ex Apollon. Argonaut. subiicit Probus, Amphiona quidem cantu vocasse, Zethum autem humeris attulisse lapides.

Ἀπεδείκνυντο μισθῷ.) Msc. Tollianus ἀπεδείκνυντο μισθόν. Constantinop. ἐπεδείκνυντο μισθόν. *indicabant mercedem, ob quam citharam essent pulsaturi,* vt hæc explicat Cl. Tollius in notis. Versio: *artem nunquam, nisi mercede ostendebant.* Nec longe abit Phasinianus; *artem suam mercede inuitati ostendebant.*

2. Καὶ εἴ τις βούλοιτο ἀκοῦσαι αὐτῶν. *Si quis audiendi desiderio teneretur.*) Msc. omittit καὶ, & pro ἀκοῦσαι habet ἀκούειν, vt Tollianus. Pro εἰργάζετο (in quo enallage est indicatiui pro subiunctiuo) ἐργάζεσθαι; vnde legendum coniicio, secundum meum quidem Msc. ἐργόμενον ἐργάζεσθαι. Porro vt hunc Amphiona cum Orpheo componit Plato, lib. III. de republ. illi Musicam tribuens organicam, qua canitur lyra: illam vero quæ fit assa voce Marsyæ Lydo vel Olympo (vid. Voss. Theol. Gent. lib. I. c. 16. Eetulei. ad Lactant. de fals. sap. c. XIV.) & præter Platonem

Pausanias in Bœoticis, aliique: ita & hic cantus Amphionis, quo ad ædificandos muros adduxit homines, de eloquentia & flexanima suada exponi potest. Et hoc quoque innuere videtur illud supra allegatum Horatii, *prece blanda*. Nec tantum ad vrbes, sed etiam ciuitates condendas hoc cantu adductos homines, mythologi existimant.

Λύρᾳ τὸ τεῖχος ἐκτίσθη. *Murum lyræ beneficio positum fuisse.)* Et de Troianis muris fert fabula, quod eos fabricati sint Neptunus & Apollo: atque Apollo quidem lyra. Vide interpp. Virgil. ad Æneid. II. 610. III. 3. & Martialem, lib. VIII. epigr. 6.

Κεφ. μγ.

ΠΕΡΙ ΙΟΥΣ.

Φασὶ τὴν Ἰὼ ἐκ γυναικὸς βοῦν γεγονέναι b, ἐξοιστρήσασαν c, ἐξ Ἄργους διὰ τῆς θαλάσσης εἰς Αἴγυπτον ἀφικέσθαι. τὸ δὲ ἀληθὲς ἔχει ὧδε· Ἰὼ, βασιλέως τῶν Ἀργείων ὂν θυγάτηρ. ταύτην οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως τιμὴν ἔδοσαν, τὸ, d ἱέρειαν εἶναι τῆς Ἀργίας Ἥρας. αὕτη ἔγκυος γενομένη, ἐδείσατο τὸν πα-

CAP. XLIII.

DE IO.

Io ex muliere bouem factam, aiunt, œstroque percussam Argis per mare abiisse in Ægyptum. Veritas autem hæc est. Io Argiuorum Regis filia erat. Et hunc ciues honorem exhibuere, vt Iunonis Argiuæ sacerdotio præficeretur. Verum illa grauida facta, & patrem, ciuesque, metuens, fuga

a Ε τ. I. b γενομένην. c οἰστρήσ. d ἔδωκ. ἱέρ. εἶν.

τέρα, καὶ τὰς πολίτας, ἔφυγλν ἐκ τῆς πόλεως. οἱ δὲ Ἀργεῖοι κατὰ ζήτησιν ἐξιόντες, ὅπᾳ ἂν εὕρον, συλλαμβάνοντες, ἐν δεσμοῖς εἶχον. ἔλεγον δὲ ὅτι ὥσπερ βοῦς οἰστρήσασα, μανεῖσα φεύγει εἰς Αἴγυπτον. ἔνθα ἀφικομένη τίκτει. ὅθεν ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

fuga ſeſe e ciuitate ſubduxit. Argiui ad inueſtigandum exeuntes, inuenta illa, & vinculis conſtricta, dicebant bouis inſtar furioſæ in Ægyptum, perfugiſſe. Huc cum veniſſet, peperit, & occaſionem fabulæ dedit.

NOTÆ
AD CAP. XLIII.

Ἐξοιστρήσασαν. *OEſtro percuſſam.*) Mſc. οἰστρήσασαν. Virgil. III. Georg. 152. de aſilo vel œſtro:

Hoc quondam monſtro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno peſtem meditata iuuencæ.

1. Τιμὴν ἔδωκαν. *Honorem exhibuere.*) In ſignificatione pretii his quoque vocibus vtuntur Græci. Ælian. Var. II. 7. ἐλαχίστου δόναι τιμῆν, *pretio facillimo aliquid dare vel addicere.*

2. Τὸ, ἱέρειαν εἶναι.) In Mſc. abeſt articulus τό. vide tamen notata ad cap. XXXI. De re ipſa conſule Voſſ. Theol. Gent. lib. I. c. 14.

3. Κατὰ ζήτησιν.) Vide cap. XL.

Ἔλεγον δὲ ὅτι ὥσπερ βοῦς υ. δ. ε. Αἴγυπτον. *Dicebant bouis inſtar furioſæ in Ægyptum fugiſſe.*) Mſc.

e ἀν.

ἔλεγον οὖν, ὥσπερ βοὺς &c. Aliis bos parasemon erat nauis, qua rapta a Phœnicibus, in Græciam nauigantibus, vehebatur Io. Quæ in Ægypto, Osiridi Regi, cognomento Ammoni vel Ioui nupta, postea Isis appellata est, vt ad cap. XVI. notatum. Pertinet huc quoque fabula Argi. Caue tamen, Osiridem Regem, & Isidem Reginam, quales plerumque vulgo depinguntur, vnquam exstitisse in natura, credas: Symbola modo erant, quibus solem & lunam Ægyptii, Arabes, Saraceni, Turcæ, Græci pariter ac Romani, cæteræque gentes religiose colebant, ceu in dissertat. de *Insignibus Turcarum*, ante paucas edita hebdomadas, sect. II. Φάσει XI. p. 56. seqq. pluribus ostensum est.

Κεφ. μδ.

ΠΕΡΙ ΜΗΔΕΙΑΣ.

Φασὶν, ὡς ἀφέψουσα τοὺς πρεσβυτέρους, νέους ἐποίει. ἐγένετο δὲ τοιοῦτον. Μήδεια πρώτη τοιοῦτον ἄνθος εὗρε, δυνάμενον καὶ λευκὰς ποιῆσαι. τὰς τρίχας καὶ μελαίνας τοὺς οὖν χαίροντας a ἐκ τοῦ πολιὰς ἔχειν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι b. πυρίαν

CAP. XLIV.

DE MEDEA.

0 De Medea, vt ferunt, homines recoquente, atque ex senibus faciente iu-
1 uenes, res ita accidit. Prima illa eiusmodi florem inuenit, qui & albos reddere capillos, & nigros posset; atq; ita qui pro albis nigricantes adamarent, efficiebat, vt habere vi-

a γέροντας. b vid. not.

ἦν πρώτη Μήδεια ἐξεῦρεν c. ἐπυρία δὲ τὰς βαλομένας d, οὐκ ἐν τῷ προφανεῖ, ἵνα μή τις ε μάθῃ τ ἰατρῶν. ὄνομα δὲ ἦν τῷ πεφάγματι f παρέψησις. οἱ γὰρ g ἄνθρωποι ταῖς πυρίαισιν ἐγίνοντο κουφότεροι, καὶ ὑγιεινότεροι. ἐκ δὴ τούτου, ὁρῶντες τὸν παρασκευὸν, λέβητας, καὶ ξύλα, καὶ πῦρ, ἐνόμισαν h ὡς ἕψει τὰς ἀνθρώπους. ὁ δὲ Πελίας, ἄνθρωπος γέρων καὶ ἀσθενὴς, πυρία χρώμενος ἐτελεύτησε i.

viderentur. Inuentis etiam a se balneis, caloribus fouebat volentes; non tamen in publico, ne quis Medicorum artem addisceret. Huic rei nomen erat decoctio. Cum itaque per istiusmodi fomenta agiliores fierent homines sanioresque; viso apparatu, lebetibus scilicet, lignis, & igni, vtique coctura illam veram existimabant. Sed ea similiter vsus Pelias, vir senex, & debilis, vitam perdidit.

NOTÆ
AD CAP. XLIV.

Τὰς ἂν χαίροντας ἐκ πολιᾶς ἔχειν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι. *Qui pro albis nigricantes* &c.) Locus hic nonnihil, vt videtur, Cl. Tollium exercuit, nec me minus. Is autem ita emendat: τὰς ἂν χαίροντας ἐκ πολιῶν μελαίνας ἔχειν τὰς τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι, . Et vix felicius, quam tali modo, hæc

c ἐφεῦρεν. d. c. f. g. vid. not. h ἐπείθησαν. i vid. not.

hæc emendari potuerunt : præsertim vbi nullus codex lectionis melioris vestigia ostendebat. Puto autem me ex Msc. Constantinop. quanquam haud paulo difficiliore huius loci quam aliorum scriptura, veram eruisse lectionem, sublato etiam vitio ὁμοιοτελεύτου κακοφώνου, hoc pacto : τοὺς οὖν γέροντας ἐκ πολιῶν μελαίνας τρίχας ἐποίει φαίνεσθαι ἔχοντας. *Effecit, vt senes ex* (vel si mauis *pro*) *capillis canis nigros viderentur habere.* Ita scriptum esse, & scribi debere deprehendet, qui attentius legerit ; vt de congruo historiæ sensu nihil dicam. Hoc enim illud est, quod initio capitis dicit : τοὺς πρεσβυτέρους νέους ἐποίει. & ad finem γέρων πυρίᾳ χρώμενος. Et potest illud χαίροντας natum esse ex consuetudine diphthongum αι pronunciantium eodem sono atq; vocalem ε : cum hanc aliquis forte secutus, confusa pronunciatione etiam του χ & γ, hæc librario in calamum dictaret. Quod ad rem ipsam attinet, idem cum Nostro dicit Eusebius Præpar. Euangel. lib. X. c. 6. Μηδεία ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχὶς, πρώτη τριχῶν ἐπενόησε βαφήν. *Medea Colchis, Æetæ filia, prima inficiendæ comæ artem excogitauit.*

Πυρίαν οὖν.) Alia, ni fallor, particula hæc connexuit autor. Nam & in præcedente periodo, & sequente, istud οὖν occurrit. Et video in Msc. non esse.

Ἐπυρία οὖν τοὺς βουλομένους.) πυριᾶσθαι ἤγουν πυρίᾳ χρῆσθαι. Msc. ἐπυρίαζε γὰρ τὰ σώματα.

Ἵνα μή τις μάθῃ τῶν ἰατρῶν. *Ne quis Medicorum artem addisceret.*) In Msc. pro μή τις est μηδεὶς, & post ἰατρῶν additur : πυριῶσα ὥρκου μηδενὶ, μὴ θύειν.

lego

lego μηνίαν. *Cum ita recoqueret homines, adiurauit, ne cui artem indicarent.*

Πράγματι.) Mſc. πυριάματι.

Παρέψησις.) An vox fuit huic negotio olim propria? Lemma capitis in Mſc. περὶ τῆς ἀφέψεως τῆς Μηδείας.

2. Οἰγοῦν.) Mſc. ὥσπερ οὖν, commate præcedente, non puncto. Quo pacto in ἐγένοντο enallage fuerit modi indicatiui pro ſubiunctiuo.

Πυρίᾳ χρώμενος ἀπέθανε.) Mſc. πυριώμενος ἀπέθανε.

Κεφ. με.

ΠΕΡΙ ΟΜΦΑΛΗΣ.

Λέγεται, ὡς λατρεύει Ἡρακλῆς ταύτῃ· ὁ δὲ λόγος μάταιος. ἐξὸν γὰρ κἀκείνης, καὶ τῶν παρχόντων αὐτῇ δεσπόζειν. ἐγένετο a τοῖον δέ τι. Ὀμφάλη οὖν Ἰορδάνου b θυγάτηρ, Λυδῶν βασιλέως. αὕτη ἀκούσασα τὴν ἰσχὺν Ἡρακλέους, προσεποιήθη ἐρᾶν αὐτοῦ. Ἡρακλῆς c πλησιάσας, ἔρωτι d ἑάλω αὐτῆς. γνᾷ δὲ ἐξ αὐτῆς υἱὸν Λαομή-

CAP. XLV.

DE OMPHALE.

Huic ſeruiiſſe Herculem, inepta fabula eſt: cum & illi, & omnibus, quæ aderant, potuiſſet dominari. Sed ita res habet. Omphale filia erat Iordani, Lydorum Regis; quæ audito Herculis robore, & viribus, eius ſe amore captam prodidit. Hercules poſtquam acceſſiſſet, ſimiliter eam deperiit,

a ἐγέν. οὖν. b Ἰαρδάνου. c Ἡρακλ. δέ. d ἐρῶν.

δὴν. ἡδόμενος δὲ αὐτῇ, ἐποίει ὅ, τι προστάττει e ἡ Ὀμφάλη, οἱ δὲ εἰήθεις, ὑπέλαβον λατρεύειν αὐτὸν αὐτῇ.

3 riit, filiumq; ex illa suscepit Laomedem. Eapropter plurimum eius amoribus oblectatus; omnia capessere, quæcunq; Omphale imponeret. atq; hinc seruitium colligere stolidi homines, & vesani.

NOTÆ
AD CAP. XLV.

Ὡς λατρεύει.) Nimirum huic Nostro parum se probabit acumen male subtilium Grammaticorum, qui, vt tibicinem supponant adorationi sanctorum, hypotheses sectæ in controuersia religionis; non, quod in quæstione de vocabulis Græcis fieri debebat, vsum autorum huius linguæ secuti, λατρείαν & τὸ λατρεύειν ad Deum, δουλείαν & τὸ δουλεύειν ad homines tantum referunt: ἀπροσδιονύσως ad hanc rem applicata distinctione diui Augustini, lib. X. de Ciuit. Dei, c. 1. λατρεύειν enim id quoque officium significare, quod homines hominibus præstant, probat Laur. Valla, Pontificius ipse, in notis ad Euang. Matth. c. IV. ex Sophocle aliisque. Vide textum LXX. interpp. Deut. XXIIX. 48. Δουλεύειν vero & de illo dicitur cultu, qui soli debetur & exhibetur Deo, 1. Sam. VII. 3. Matth. VI. 24. Act. XX. 19. Rom. VII.

e *vid. not.*

VII. 25. 1. Theſſ. I. 9. Plura huc pertinentia loca ſtudioſe congeſſerunt alii; omnibus paſſim obuii. Et Nonnus in paraphraſi Ioh. XVI. 2. Λατρείαν reddit δουλοσύνην. Vide Caſauboni notas ad iſtum locum. Atque ita promiſcuè vſurpantur hæ voces etiam in rebus aliis. Rom. XII. 10. legimus τῷ καιρῷ δουλεύοντες. (exemplaria multa habent Κυρίῳ) Pro quo Phocylides:

Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Seruias tempori, neque ſpires contra ventos.

Eiuſdem eſt propius finem Poëmatis:

Μηδὲ γυναῖκα κακὴν οἴκοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι,
Λατρεύης δ' ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φέρνης.
Mulierem malam ne ducas vxorem *domum:*

Sic enim *ſeruies vxori ob malam* (vel malorum ſiue diſſidiorum fontem) *dotem.*

Iſocr. ad Demon. αἰσχρὸν --- τῶν μὲν οἰκετῶν ἄρχειν, ταῖς δ' ἡδοναῖς δουλεύειν. Lucianus autem in Nigrino, de alieno a diſciplina philoſophiæ ingenio: ἡδονῇ πᾶσαν τὴν ψυχὴν ὑπερέψας, ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε. Et poſt aliquammulta, de ſtulta admiratione, iuſtoque contemtu nimium diuitiis tribuentium: ἐχρῆν δὲ ταύτῃ τοι καθαιρεῖν αὐτῶν καὶ ἀπευωνίζειν τὴν δυναστείαν, ὑπτιαχίσαντα τῷ πλάτῃ τὴν ὑπεροψίαν. νῦν δὲ λατρεύοντες εἰς ὑπόνοιαν ἄγουσι. Cæterum cum in hanc rem plurima afferri poſſint, vix quisquam tam multa afferet, vt non plura ſeruet vaſtum illud Græcæ linguæ penu. De ſcriptoribus ſacris, qui & ipſi, non minus quam cæteri, his vocibus indifferenter vſi ſunt, præter ea, quæ ſupra allegaui,

mas, ad cultum diuinum vinculo ſeruiendi. Satius igitur fuerit, ſecundum Voſſium l. c. *vno cultus officio ſit aut ciuilis, aut alio nomine comprehendere obſeruantiam beatæ animæ & viri ſancti in terris, -- quam tam late extendere appellationem cultus religioſi, vt contineat venerationem & DEI & animæ beatæ.* Cauſſam addit, quod ſicut inter DEVM infinitum, & creaturas finitas, etiam ſanctos DEI homines, nulla eſt proportio: ita nec honor, qui cuique horum debetur, vna cenſeri æſtimatione, aut vno venire nomine poteſt: cum cuiusque rei excellentiæ ſuus reſpondeat honos; & vt res, quæ coluntur, ita & veneratio, qua coluntur, tota diſtare debeat natura. Subiungit etiam *cultum, quo ſanctos colimus in terris degentes, non ſpecie ſed gradu duntaxat ab eo differre, quo veneramur illos in cælum receptos.* Merentur & cætera viri magni iſto loco legi. Δουλείαν ergo τῇ λατρείᾳ oppoſuit ſanctus Pater, vt cultum non religioſum religioſo: non vt ſpeciem vnam cultus religioſi ſpeciei alteri. Sane totum cultum religioſum proprio λατρείας nomine ſignat tum alibi, tum lib. V. de Ciuit. Dei, c. 15. *pietas vera*, inquit, *non exhibet ſeruitutem RELIGIONIS (quam λατρείαν Græci vocant) niſi vni vero DEO.* Nunc ad autorem reuertendum ex diuerticulo; quo me huius occaſio loci, ab hac diſputatione nihil alieni, inuitauit.

ὁ ἦ λόγος μάταιος. *Inepta fabula eſt.*) Ouid. II. de arte:

Ille fatigatæ vincendo monſtra nouercæ,
Qui meruit cælum, quod prior ipſe tulit:

Inter Ioniacas calathum tenuiſſe puellas
Creditur, & lanas excoluiſſe rudes.

Mox ſubiicit:

Paruit imperio dominæ Tirynthius heros.

Adde & quæ ob Iolen, cui ſimilem ſeruiiſſe ſeruitutem dicitur, illi exprobrat Deianira apud eundem Poëtam, in epiſtolis Heroidum. Vide & Elmenhorſt. ad Arnob. lib. IV. aduerſus gentes, p. 85. vbi Arnobius ſimilia quoque ſimilium, id eſt, fictitiorum numinum probra recenſet. Potuit quidem hoc fabulæ dare Poëta: poteſt & fabulam ſapere, quod tradunt Diodorus lib. IV. c. 2. & Apollodorus biblioth. lib. II. ab oracuło datum negotium Mercurio, vt Herculem venderet in ſeruitutem triennii: per quam expiata nece Iphiti, liberaretur a furore, qui cædem illam ſecutus erat. Non tamen inepti & ſtolidi fuiſſe videntur, qui cum viderent, tantum heroa nihil negare audere impotenti fœminæ, indignitate rei moti, non inuſitata figura ſermonis dicebant eum ſeruire mulieri. Illos igitur hic notat autor, qui credere potuerunt, Herculem, non tantum præ amore nimio, ſponte ad indigna tanto viro ſe demiſiſſe obſequia: ſed etiam mutata conditione vitæ, ex libero homine ſeruum factum. Conf. Ælian. Var. hiſt. lib. XII. 17. de Demetrio.

Ἐξὸν γάρ.) Poteſt illud γὰρ abeſſe, ſi ad vocem μάταιος ſcribas comma.

Καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῇ.) Mira cum alias, tum hic licentia, vt leniter dicam, Phaſiniani. *Et cæteris*, reddit, *ſuper eam exiſtentibus maioris conditionis hominibus*. Quid per τὰ ὑπάρχοντα intelligere debea-

beamus, verbis aliis & verius & breuius, addo & elegantius oſtendi poterat. Et iam huius me verſionis tædet. quod non in contumeliam viri dictum velim; qui quod potuit, ad rem literariam ornandam contulit. Sed quia ea ſeorſim exſtat, non adiuncto textu Græco: monendi erant iuniores, & alii, qui Græce neſciunt, & tamen Palæphato forte delectantur, vt non multum huic tribuant interpreti.

1. Ἰορδάνου θυγάτηρ. *Iordani filia.*) Herodoto & Diodoro Ἰάρδανος dicitur, itemque Apollodoro. Strabo ſepulchri meminit Iardani, lib. VIII. Cognominis fluuii meminere Homerus, Pauſanias & alii. Sardanem hunc Lydorum Regem appellat Grotius, epiſt. ad Gallos CXVII. ex Nicolao Damaſceno. Heraclidas ἐκ δάλης τε τῆς Ἰαρδάνου & Ἡρακλέους natos ait Herodot. lib. I. c. 7.

3. Ὅ, τι προσήκει.) Mſc. ὅ, τι ἂν προσήκει αὐτῷ.

Ἐβάλετο.) Mſc. addit ἐυξαμένῳ.

Οἱ δὲ ἀνήθεις. *Stolidi homines.*) Vide ſupra.

Κεφ. μς.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΕΡΑΤΟΣ τῆ Ἀμαλθείας.

Φασὶν, ὡς Ἡρακλῆς τὸ ἕτερε παντα χῆ, ἐξ ὧ ἐγίνετο αὐτῷ ὅσα ἐθέλετο a. ἡ δὲ ἀλήθεια ἔχει τως b. Ἡρακλῆς ἀποδημῶν κατὰ Βοιωτίαν, κατ' c Ἰολάε ἑ ἀδελφιδῆ, καταλύει ἐν Θεσπιαῖς ἔν τινι πανδοχείῳ. ἐν ᾧ δὲ ἐν τῷ d τις γυνὴ καλῇ μένῃ Ἀμάλθεια, ὡραία καὶ καλή. ὁ Ἡρακλῆς ἡδόμενος αὐτῇ, πλείονα χρόνον ἐξενίζετο e. Ἰόλαος δὲ βαρέως φέρων, ἐπινοεῖ τῷ ἐμπολῷ τῆς Ἀμαλθείας ἐν κέρατι κεκρυμμένῳ ἀνελέσθαι f. ἐξ ἧς ἐμπολῆς, εἴ τι ἤθελεν ὠνεῖτο τῷ Ἡρακλεῖ g. ἔλεγον δὲ οἱ συνέκδημοι· Ἡρακλῆς τὸ κέρας ἔχει τῆς Ἀμαλθείας, ἐξ ὧ

CAP. XLVI. DE CORNV AMALTHEÆ.

NArrant, Herculem vbiq; illud secum circumtulisse, ex quo, quæ vel voto expeteret, illi suppeditabantur. Sed rei veritas hæc est. Hercules cum in Bœotia peregrinaretur, cum Iolao fratris filio, in Thespiis in quodam diuersorio diuertit; in quo mulier erat ætate iuuencula, & forma admodum speciosa, nomine Amalthea. Huius amore correptus Hercules, plusculum cum ea temporis transmisit: quod Iolaus ægre ferens, reconditas in cornu Amalthex facultates auferre excogitat, vnde, si quid vellet, Herculi emebatur. Ea propter ab itineris sociis dici cœptum, Herculem

a vid. not. b ὧδέ πως ἔχει. c μετ'. d ἐτύγχανε γυνή. e vid. not. f ἀφελέσθαι. g vid. not.

ὠνεῖτο ὅσα βούλοιτο ἐπ' αὐτῷ h. ἐξ οὗ ὁ μῦθος προσανεπλάσθη i.

lem cornu Amaltheæ habuisse, atq; ex eo nactum esse, quidquid sibi commodi exoptaret. Hinc caussa fabulæ, & origo.

NOTÆ
AD CAP. XLVI.

Ἐξενίζετο.) Msc. ἐπεξενοῦτο. Hesych. ξενίζεται, ξενοδοχεῖται. Thomas Magister: ξενίζομαί τινι, τὸ εἰς ξενίαν ὑπό τινος δέχομαι (ita meum habet exemplar) σὺ δὲ ἐπιξενοῦμαι λέγε. At Moschopulus in Atticarum vocum ἐκλογῇ, ξενίζω, ξένον δέχομαι, καὶ ἐπιξενοῦμαι τὸ αὐτό. Quidquid sit de Atticismo, certum est, verbum ἐπιξενοῦσθαι ita vsurpari vt ξενίζεσθαι, quemadmodum innuebat Thomas. Posset etiam illud αὐτῇ ad hoc verbum referri, mutatis, vt res postulat, cæteris. Sed alterum est simplicius.

2. Εἴ τι ἤθελεν ὠνεῖτο τῷ Ἡρακλεῖ. *Si quid vellet Herculi emebatur.*) ὅ, τι ἤθελεν ὠνεῖτο ἑαυτῷ τε καὶ Ἡρακλεῖ. *Et Iolao & Herculi.* Vel legendum ἑαυτῇ. Ad Amaltheam actiua notione, nec male, verbum retulit Phasinianus. & Tollius etiam posterius ὠνεῖτο actiuo sensu reddit. Quanquam & in tali casu, vbi ita fert res, liceat aliquanto liberiore versione vti.

3. Ὅσα βούλοιτο ἐπ' αὐτῷ.) Msc. ὅσα βουλητέον αὐτῷ.

h vid. not. i ἐκ τούτων οὖν ὁ μῦθος.

ἐξ ἧς) Melior lectio altera ἐκ τούτων, quia ἐξ ἧς in priore periodo fuit. Fabulæ autem explicatio alia eſt apud Strabonem lib. X. οἱ εἰκάζοντες ἐκ τῶν μύθων τὸ ἀληθὲς, *qui ex fabulis*, inquit, *verum colligunt, tauro ſimilem forma Acheloum, aiunt*, (illi enim hoc cornu defregiſſe Herculem, in fabulis eſt) *vt alios fluuios, ob ſtrepitus & flexus alueorum, qui cornua dicuntur.* Vim & impetum, ſonitumque aquarum ex præcipiti labentium, ferocia boum adumbrarunt veteres. Subiicit deinde, Herculem aggeribus fluuium Acheloum vitioſe, & multo cum vicinorum agrorum damno labentem coercuiſſe: & aquæ ductibus ita diuertiſſe alterum cornu, vt poſtea totius, quæ circa erat, regionis maxima eſſet fertilitas. Atque hoc eſſe illud copiæ cornu. Conf. Didymum ad Iliad. Φ. 194. Et Euſtath. qui ad initium Iliad. N. cum Noſtro, μεγαλόδωρον λέγει, ait, κέρας, ἐξ ἧς καὶ Ἡρακλῆς ἔχεν ἀγαθά. Diodorus Siculus rer. antiqu. lib. III. c. 4. refert, Ammonem Libyæ partis Regem, amore captum Amaltheæ virginis, quam ad Ceraunios montes forte conſpexerat, filium ex ea genuiſſe: Amaltheam vero propinquæ præfeciſſe oræ, quæ, figura regionis & ſitu, cornu bouis referebat. Regio, quia diues admodum & frugifera fuit, cornu Amaltheæ vocabatur. Confer. & lib. IV. c. 2. Videantur præter ea Raph. Regius & Barnabius ad metam. Ouid. lib. IX. itemque Antonius Conſtantius & Paulus Marſus ad Faſt. lib. V. diſt. 59. qui iidem ad Faſt. lib. III. diſt. 223. fabulam de Amalthea capra tanguat verius, quam explicant. Baconus cap. XXIII. ex hac

Ache-

Acheloi fabula allegoriam texit præliorum, &, qui prælia antecedunt, apparatuum. Per cornu copiæ opes intelligit, &, quæ victores manent, diuites prædas.

ΚΕΦ. μζ.
ΠΕΡΙ ΥΑΚΙΝΘΟΥ διήγημα.

Υάκινθος Ἀμυκλαῖον ἦν μειράκιον, ὡραῖον καὶ καλόν. εἰς τοῦτον εἶδε μὲν ὁ Ἀπόλλων, εἶδε καὶ ὁ Ζέφυρος. καὶ ἄμφω κατείχοντο τῇ μορφῇ, καὶ φιλότιμος ἦν ἀφ' ὧν εἶχεν ἑκάτερος. ἐτόξευε μὲν ὁ 1 Ἀπόλλων, ἔπνει δὲ ὁ Ζέφυρος. μέλη μὲν ἦν τὰ παρ' ἐκείνου καὶ ἡδονή. φόβος δὲ τὰ παρὰ τούτου καὶ ταραχή· ῥέπει πρὸς τὸν 2 δαίμονα τὸ μειράκιον, καὶ Ζέφυρον ὑπὸ ζηλοτυπίας ὁπλίζει πρὸς πόλεμον. μετὰ ταῦτα ἦν γυμνασία τῷ μειρακίῳ, καὶ τιμωρία παρὰ Ζεφύρου.

CAP. XLVII.
NARRATIO DE Hyacintho.

Hyacinthum, adolescentem Amyclæum, forma pariter & ætate florenti, tum Apollo respexit, tum etiam Zephyrus, ambo pulchritudinem eius depereuntes, & ambitiosi, quo certamine alter alteri puerum præriperet. Sagittis quidem iaculabatur Apollo, spirabat Zephyrus; ab illo carmina proueniebant, & voluptas: ab hoc autem metus, & perturbatio. Itaq; ad DEVM inclinat adolescens, Zephyrum præ zelotypia ad bellum armat. Deinceps exercitia manebant iuuenem, & vindicta a Zephyro. Discus erat ad interi-

δίσκος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ἐκείνου διακονήσας, ὑπὸ τούτου μὲν ἀφεθεὶς, ὑπ' ἐκείνου δὲ ἐνεχθείς. καὶ ὁ μὲν ἐτεθνήκει. τὴν γὴν δὲ οὐκ ἦν ἔρημον ὑπομνήματος ἀφεῖναι τὴν συμφορὰν, ἀλλὰ τὸ ἄνθος ἀντὶ τοῦ μειρακίου γίνεται, καὶ τοὔνομα δέχεται. λέγουσι δ' ὅτι καὶ τῆς προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον.

3 teritum eius inseruiens; qui ab hoc quidem emissus, ab illo vero impulsus, mortem attulit Hya-
4 cintho. Videbatur autem indecorum terræ, tantæ calamitatis memoriam deleri, quare pro adolescente florem produxit, idemque nomen indidit; cuius principium foliis esse inscriptum, narrant.

NOTÆ
AD CAP. XLVII.

Φιλότιμος ἦν ἀφ' ὧν εἶχεν ἑκάτερος. *Ambitiosi, quo certamine* &c.) Vide indicem in ἀπό. Vterque & Apollo & Zephyrus, magna cum æmulatione adhibuere, quas quisque habuit, conciliandi pueri rationes. Vide Philostrat. Iunior. Icon. de Hyacinth.

1. Ἡδονὴ, ταραχή.) Sectatur hic autor, quisquis ille est, τὸ πάρισον, vt & in istis, γυμνασία, τιμωρία, ἀφεθεὶς, ἐνεχθείς. Est & hoc schema Isocrati familiare, sed stylo rotundiore. Dictio autem hic, vt & in sequentibus, ita concisa videtur, & diuersa a superioribus, vix vt credam hæc Palæphati esse, præterea nec in Msc. comparent.

2. Ὁ-

2. Ὁπλίζει πρὸς πόλεμον.) Proprie & ſimpliciter. Latius, & per figuram, ὁπλίζειν πρὸς μέγα θάρσος, & alia, in quibus proprie bellum non eſt, aut prælium. Vide fabularum, quæ Babriæ nomen præferunt, quintam.

3. Δίσκος ἦν. *Diſcus erat.*) De iactu diſcorum, in ludis Circenſibus, vide Roſin. antiquit. Rom. lib. V. c. 5. item Gilbert. Cognat. ad Luciani hac de re dialogum, tom. II. dial. Deor. 4.

Ἐπιθυμήσει) Enallage plusquamperfecti pro perfecto vel imperfecto; vtriusque linguæ, & Græcæ & Latinæ ſcriptoribus paſſim vſitata.

4. Τῆς προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγεγραμμένον τὸ πρόοιμιον. *Principium nominis foliis inſcriptum.*) Vix recte τῆς παιηγορίας legit Rigaltius in notis ad Tertullian. de Corona. Nota autem eſt Apollinis & Hyacinthi fabula, de qua legi poſſunt interpp. Ouid. ad metam. X. 162. ſeqq. & XIII. 397. Virgil. Eclog. III. 106. Pauſanias in Laconicis ſub initium ad hiſtoriam hæc reuocat. Amyclæ filium, natu minimum, & forma excellentem Hyacinthum, ante fata patris acerba morte oppreſſum, tumulo conditum eſſe Amyclis, ſub ſigno Apollinis. Et poſt medium libri: ὡς ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τὰ μάλιστα ἀπέθανεν ἄκοντος, ἢ καὶ ἐς τὸ αὐτὸς ἐμπεσόντα, τάχα μὲν ἔχοι καὶ ἄλλως. δοκείτω δὲ ἢ λέγεται. *De Zephyro, & quemadmodum ab Apolline imprudente interemtus ſit Hyacinthus, aliter ſe res forte, quam fertur, habet. Exiſtimetur tamen perinde ſe habuiſſe, vt traditum eſt.* Phyſice per Apollinem intelligunt hic, vt vulgo alias, ſolem,

(vide Voſs. Theol. Gent. lib. II. c. 12.) cuius calor herbas fouet, & hyacinthum quidem eximie vegetat. Quem contra a Zephyro lædi ferret tenor fabulæ, quemadmodum etiam apud nos lupulo præ cæteris noxium eſſe Zephyrum ventum, quidam exiſtimant. Quod autem attinet initium nominis, huius herbæ foliis inſcriptum, legunt quidam apud Ouid. l. c. Metam. X. 215. vbi huius rei fit mentio, *hya*; primas videlicet literas nominis Hyacinthi. Et Seruius atque Aſcenſius ad l. c. Eclog. III. florem iſtum non Aiacis, ſed Hyacinthi nomen retinere ſcribunt. Quia vero, nusquam reperiri herbam his inſcriptam literis, conſtat, ita legi debere negant doctiſſimi interpretes, atque in eis Micyllus & Farnabius, qui pro *hya* in Ouidio reſtituunt *αι αι*. Quod confirmant ex metam. XIII. 397. ſeqq. & Sophocle in Aiace v. 499. Vtraque enim hæc *fabula comitatur hyacinthum*, ait Plin. lib. XXI. c. 11. *luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi*; (alii aliter hanc vocem legunt) *ità diſcurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura αι legatur inſcripta.* Scilicet huius herbæ floribus figura literarum *αι* continetur, quæ ſonum indicat eiulantium; quo alludit Aiax ipſe apud Sophoclem. Cuius etymon, iudice Adolpho Mekercho, de vet. pronunc. ling. Græc. c. XL. concinnius eſt, quam quod affert autor alioqui grauiſſimus, & maximus Poëta Pindarus, VI. Iſthmiorum, vocem deducens ἀπὸ τᾶς Φανέντος αἰετᾶς, ex cuius volatu auguratur Hercules, naſciturum Telamoni fortiſſimum filium; qui poſtea Aiax dictus. Fuerit igitur huic herbæ inſcriptum

ptum initium quidem nominis Aiacis, (πρόσωπον dicit autor) & non Hyacinthi, (neque enim & Aiacinthus dicebatur) ſed planctus tantum & queſtus, editi cum periret Hyacinthus. vt liberius, quam verius Germanicus Ouidii interpres, cætera quoque non nimium ſcitus, ſcripſerit:

Phöbus zu bdeuten ſeine Noth/
An dieſe Blum thät ſchreiben drot/
Hya / Aia / welch Buchſtaben/
Hyacinth / Aiax / bedeut haben.

Aliter enim Poëta l. cit. lib. XIII.

Litera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ.

Et lib. X. 215. de Apolline:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit. ——

Paulo ſuperius de Hyacintho.

Flosque nouus ſcripto gemitus imitaberc noſtros.

Eoque & Pauſanias τὰ ἐπὶ τῷ θρηνῷ γράμματα appellat, Lucianus ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. Itaque vocabulum προσηγορίας in Noſtro, cum ad Hyacinthum refertur, non ſtricte nomen ſiue nomenclaturam, ſed laxius *alloquium* ſignificare poteſt; quo inter eiulandum, pereuntem puerum, aut naſcentem herbam: aut & hanc & illum compellabat Apollo. Ita hominem inexorabilem, qui prouerbii quaſi figura *durus alloquiis* dicitur, Græci ἄτρεπτον ἄνθρωπον προσηγορήμασιν appellant, id eſt, talem, qui nulla compellatione mitigari poſſit. Hyacinthus itaque flos ille eſt his inſcriptus literis; verum non quem vulgo ſic vocant, & qui hoc nomine deſcribitur a Dio-

(vide Voſs. Theol. Gent. lib. II. c. 12.) cuius calor herbas fouet, & hyacinthum quidem eximie vegetat. Quem contra a Zephyro lædi ferret tenor fabulæ, quemadmodum etiam apud nos lupulo præ cæteris noxium eſſe Zephyrum ventum, quidam exiſtimant. Quod autem attinet initium nominis, huius herbæ foliis inſcriptum, legunt quidam apud Ouid. l. c. Metam. X. 215. vbi huius rei fit mentio, *hya*; primas videlicet literas nominis Hyacinthi. Et Seruius atque Aſcenſius ad l. c. Eclog. III. florem iſtum non Aiacis, ſed Hyacinthi nomen retinere ſcribunt. Quia vero, nusquam reperiri herbam his inſcriptam literis, conſtat, ita legi debere negant doctiſſimi interpretes, atque in eis Micyllus & Farnabius, qui pro *hya* in Ouidio reſtituunt *αι αι*. Quod confirmant ex metam. XIII. 397. ſeqq. & Sophocle in Aiace v. 499. Vtraque enim hæc *fabula comitatur hyacinthum*, ait Plin. lib. XXI. c. 11. *luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi*; (alii aliter hanc vocem legunt) *ita diſcurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura αι legatur inſcripta.* Scilicet huius herbæ floribus figura literarum *αι* continetur, quæ ſonum indicat eiulantium; quo alludit Aiax ipſe apud Sophoclem. Cuius etymon, iudice Adolpho Mekercho, de vet. pronunc. ling. Græc. c. XL. concinnius eſt, quam quod affert autor alioqui grauiſſimus, & maximus Poëta Pindarus, VI. Iſthmiorum, vocem deducens ἀπὸ τᾶς φανέντος αἰετᾶς, ex cuius volatu auguratur Hercules, naſciturum Telamoni fortiſſimum filium; qui poſtea Aiax dictus. Fuerit igitur huic herbæ inſcriptum

ptum initium quidem nominis Aiacis, (πρόσωπον dicit autor) & non Hyacinthi, (neque enim & Aiacinthus dicebatur) ſed planctus tantum & queſtus, editi cum periret Hyacinthus. vt liberius, quam verius Germanicus Ouidii interpres, cætera quoque non nimium ſcitus, ſcripſerit:

Phœbus zu bdeuten ſeine Noth/
An dieſe Blum thät ſchreiben drot/
Hya / Aia / welch Buchſtaben/
Hyacinth / Aiax / bedeut haben.

Aliter enim Poëta l. cit. lib. XIII.

Litera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ.

Et lib. X. 215. de Apolline:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit. ——

Paulo ſuperius de Hyacintho.

Flosque nouus ſcripto gemitus imitabere noſtros.

Eoque & Pauſanias τὰ ἐπὶ τῷ θρηνῷ γράμματα appellat, Lucianus ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. Itaque vocabulum προσηγορίας in Noſtro, cum ad Hyacinthum refertur, non ſtricte nomen ſiue nomenclaturam, ſed laxius *alloquium* ſignificare potèſt; quo inter eiulandum, pereuntem puerum, aut naſcentem herbam: aut & hanc & illum compellabat Apollo. Ita hominem inexorabilem, qui prouerbii quaſi figura *durus alloquiis* dicitur, Græci ἄτρεκτον ἄνθρωπον προσηγορήμασιν appellant, id eſt, talem, qui nulla compellatione mitigari poſſit. Hyacinthus itaque flos ille eſt his inſcriptus literis; verum non quem vulgo ſic vocant, & qui hoc nomine deſcribitur a Dio-

Dioſcoride: ſed alius, vt prolixe docet Salmaſius ὁ κρίνου in Exerc. Plinian. ad cap. I.V. Solini. p. 1223. ſeq. quos tamen & veterum quosdam non ſatis diſtinxiſſe, ſcribit. Botanici recentiores plures, ait, numerent hyacinthi ſpecies; ſed earum nulla has oſtendit in floribus literas. Sed & veteres huic, de quo Poëtæ loquuntur & fabulæ, hyacintho formam tribuunt lilii, quam vulgares non habent hyacinthi, & præterea colorem horum multum colori diſſimilem. His enim vt plurimum ex cœruleo pallidus eſt & dilutior, aut ex cineraceo purpuraſcens. At hyacinthus ille fabularis, lineis diſtinctus & literis purpuræ nigræ vel obſcurioris colorem habet, & ſimul ad ruborem vergit. *Suaue rubens hyacinthus*, inquit Poëta. Vaccinium nigrum Romanorum, de quo Virgilius, ad imitationem Theocriti, huic Græcorum hyacintho reſpondere, iam olim obſeruatum. Quod Gallos, ſeruato vtcunque Latini nominis ſono, *vacietam* appellare, ſcribit Ruellius. Nigros Indorum crines & lucentes Dionyſius hyacintho comparat; non vulgari, ſed illi, de quo hic ſermo eſt. Is vero Dioſcoridi ξυρὶς dicitur vel ξιφίς; Romanis *gladiolus*: in quo omnia quæ huic hyacintho tribui ſolent, figura, color, & ex diſcurſu venarum literæ conſpiciuntur. Figura, inquam, illi eſt liliorum; vnde κρίνου ὀξὺ a foliorum acumine vocat vulgus Græcorum: & veterum plures ſub lilii forma deſcripſere. Color eſt, quem nunc dixi. Sed & *hyacinthus* hæc eadem herba illis dicta; vt nihil obſtet, quo minus, eam in hac fabula, & verſibus Poëtarum ſignificari, exiſtime-

memus. Testis Palladius lib. I. c. 37. Columellæ lib. IX c. 4. *hyacinthus cœlestis nominis* (non, vt vulgo legitur *numinis*) dicitur: vt hac nota distinguatur a vulgari. Cœleste illud nomen Iris est (vnde & herbam ipsam quidam οὐράνιαν appellant) nam & ἶρις ἀγρία dicitur, vt distinguatur a satiua. Iris vero dicta est quod similis sit Iridi communi: quæ arcui cœlesti similis est colorum ποικιλία. Nascitur hic hyacinthus siue gladiolus etiam in summis muris & maceriis, quibus modo aliquid terreni subest. In hortis quoque seritur, & sponte passim prouenit. Tingit purpura eleganti; vulgaris autem hyacinthus non nisi admodum pallescente. Idem hyacinthus fabularis est, quo vtuntur Chymici ad tingendas hyacinthino colore vitreas gemmas, & ad hyacinthos faciendas. Sed & hic Poëtarum hyacinthus ille est, quo in Gallia tingitur hysginum (color est inter purpureum & coccinum, purpuræ tamen propior) secundum Plin. lib. XXI. c. 26. Est & vaccinium illud, quo itidem in Gallia purpureo colore vestes seruitiorum tingi, scribit idem Plinius lib. XV. l. c. 18. Aliud autem vaccinium, & Dioscoridis, id est, vulgaris est hyacinthus, quo idem hæc confundens autor, eodem loco, mangones in Italia vti, perhibet, ad pubertatem venalium mancipiorum coercendam. Hoc enim vaccinium hyacinthus ille est, qui, vt eodem cap. lib. XXI. scribit, *ex vino dulci illitus* pilos erumpere non patitur. Mitto autem, quod narciso similem florem fuisse, scribit Tzetzes Chil. I. hist. 11. Neque vero mirum, idem nomen datum diuersis herbis, vti nec nouum, easdem

her-

herbas pluribus appellari nominibus. Ξυρὶς itaque Dioſcoridis eadem eſt, quæ ὑάκινθος Theophraſti, Columellæ & Poëtarum; vt hæc fere omnia latiſſime, citato loco perſequitur Sálmaſius: & ante eum partem explicuit Adolphus Mekerchus loco ſupra indicato, de veteri & recta pronunc. ling. Græc. c. XL. Agnoſcit & vir ſummus, nec minus eruditione & ſubtilitate ingenii, quam genere illuſtris I. Cæſ. Scaliger exerc. ad Cardan. CL. hyacinthum Poëtarum differre a Dioſcoridis hyacintho. Sed & quando de huius vaccinio iſto loco diſputatio eſt, infert ille de hyacintho, tanquam herba eadem; vt vaccinium dictum videri poſſit quaſi ὑακίνδιον vel ὑακίνθιον, ἀπὸ τῆς ὑακίνθου. *Cæruleum eſſe vaccinium Dioſcoridis*, inquit, *nego tibi: ſi non eſt idem purpureum & cæruleum. Et profecto vaccinii color inter puniceum & purpureum eſt. Nam te illius hyacinthum confundere cum Ouidii hyacintho non puto. Non enim neſcis, quantum diſtet a lilii figura forma violæ.* Scribit vero & Georgius Sabinus in fabularum Ouidii interpretatione, Lazarum Bonamicum, cuius ſe in Italia auditorem fuiſſe ait, enarrantem Georgica Virgilii, varias quidem recenſuiſſe de hac herba opiniones Medicorum, maxima ex parte negantium, eiusmodi herbam vſpiam naſci: affirmaſſe tamen illum, ſe aliquando vidiſſe Venetiis florem Alexandria allatum, tali forma, qualem deſcribunt Poëtæ. Confer & Gilbertum Cognatum ad ſupra citatum Luciani dialogum. Scio, eruditiſſimum Rigaltium in notis, quas ſupra laudaui, ad Tertull. de Coron. ſub fin. hæc omnia negare; con-

contendentem, vt nusquam eſt locus, vbi cœli ſpatium non amplius tres vlnas pateat viſui: ita nec vsquam herbas naſci, quibus Regum inſcripta ſint nomina. Nec enim Hyacinthi nec Aiacem fuiſſe Reges: nec, ſi fuiſſet Aiax, Virgilianum eſſe, pro *nomine Regis* ponere *nomina Regum*. Itaque prius illud de ſpatio cœli eſſe ἐκ τῶν ἀδυνάτων; poſterius de floribus ἐκ τῶν οὐκ ὄντων. Ideoque nec ſuſpicandum, his verſibus aliquid, quod in rerum ſit natura, notari. Sed Regaltium, quem non nominat, refutat dicto loco Salmaſius, vtrumque ænigma explicat, exemplisque oſtendit, inſolens non eſſe pro ſingulari numero quandoque pluralem adhibere. Aiacem præterea Regulum fuiſſe Salaminis, eoque Agamemnona *Regem Regum* appellari. Quin & locus Ouidii ſupra allegatus de *litera communi pueroque viroque* clarior eſt, quam vt eludere eum potuerit Rigaltius. Itaque & recte ſe habent illa in epitaphio Bionis, Poëtæ bucolici, quod Moſcho nonnulli tribuunt;

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰ αἰ
Λάμβανε τοῖς πιτύλοισι. ——

Et fidem Poëtarum in dubium vocantibus reſpondere Philoſtratus poteſt, ἀναγνῶθι τλὼ ὑάκινθον, *hyacinthum lege*. Icon. lib. I. Nec ſolent ænigmata, quibus hic Poëtam vſum conſtat, ἐκ τῶν οὐκ ὄντων aut ἀδυνάτων peti.

CAP.

ἐξ ὧν) Melior lectio altera ἐκ τούτων, quia ἐξ ὧν in priore periodo fuit. Fabulæ autem explicatio alia eſt apud Strabonem lib. X. οἱ εἰκάζοντες ἐκ τῶν μύθων τὸ ἀληθὲς, *qui ex fabulis*, inquit, *verum colligunt, tauro ſimilem forma Acheloum, aiunt*, (illi enim hoc cornu defregiſſe Herculem, in fabulis eſt) *vt alios fluuios, ob ſtrepitus & flexus alueorum, qui cornua dicuntur.* Vim & impetum, ſonitumque aquarum ex præcipiti labentium, ferocia boum adumbrarunt veteres. Subiicit deinde, Herculem aggeribus fluuium Acheloum vitioſe, & multo cum vicinorum agrorum damno labentem coercuiſſe: & aquæ ductibus ita diuertiſſe alterum cornu, vt poſtea totius, quæ circa erat, regionis maxima eſſet fertilitas. Atque hoc eſſe illud copiæ cornu. Conf. Didymum ad Iliad. Φ. 194. Et Euſtath. qui ad initium Iliad. N. cum Noſtro, μεγαλόδωρον λέγων, ait, κέρας, ἐξ ὧν καὶ Ἡρακλῆς ἔσχεν ἀγαθά. Diodorus Siculus rer. antiqu. lib. III. c. 4. refert, Ammonem Libyæ partis Regem, amore captum Amaltheæ virginis, quam ad Ceraunios montes forte conſpexerat, filium ex ea genuiſſe: Amaltheam vero propinquæ præfeciſſe oræ, quæ, figura regionis & ſitu, cornu bouis referebat. Regio, quia diues admodum & frugifera fuit, cornu Amaltheæ vocabatur. Confer. & lib. IV. c. 2. Videantur præter ea Raph. Regius & Farnabius ad metam. Ouid. lib. IX. itemque Antonius Conſtantius & Paulus Marſus ad Faſt. lib. V. diſt. 59. qui iidem ad Faſt. lib. III. diſt. 223. fabulam de Amalthea capra tanguat verius, quam explicant. Baconus cap. XXIII. ex hac

Ache-

Acheloi fabula allegoriam texit prælíorum, &, qui prælia antecedunt, apparatuum. Per cornu copiæ opes intelligit, &, quæ victores manent, diuites prædas.

ΚΕΦ. μζ.
ΠΕΡΙ ΥΑΚΙΝΘΟΥ διήγημα.

Υάκινθος Ἀμυκλαῖον ὢν μειράκιον, ὡραῖον καὶ καλόν. εἰς τοῦτον εἶδε μὲν ὁ Ἀπόλλων, εἶδε δὲ καὶ ὁ Ζέφυρος. καὶ ἄμφω κατεῖχοντο τῇ μορφῇ, καὶ φιλοτιμοῦντο ἀφ' ὧν εἶχεν ἑκάτερος. ἐτόξευε μὲν ὁ Ἀπόλλων, ἔπνει δὲ ὁ Ζέφυρος. μέλη μὲν οὖν τὰ παρ' ἐκείνου καὶ ἡδονή. φόβος δὲ τὰ παρὰ τούτου καὶ ταραχή. ῥέπει πρὸς τὸν δαίμονα τὸ μειράκιον, καὶ Ζέφυρος ὑπὸ ζηλοτυπίας ὁπλίζει πρὸς πόλεμον. μετὰ ταῦτα μὲν γυμνασία τῷ μειρακίῳ, ἐπιμέλεια δὲ Ζεφύρου.

CAP. XLVII.
NARRATIO DE Hyacintho.

HYacinthum', adolescentem Amyclæum, forma pariter & ætate florenti, tum Apollo respexit, tum etiam Zephyrus, ambo pulchritudinem eius depereuntes, & ambitiosi, quo certamine alter alteri puerum præriperet. Sagittis quidem iaculabatur Apollo, spirabat Zephyrus; ab illo carmina prouenie-bant, & voluptas: ab hoc autem metus, & perturbatio. Itaq; ad DEVM inclinat adolescens, Zephyrum præ zelotypia ad bellum armat. Deinceps exercitia manebant iuuenem, & vindicta a Zephyro. Discus erat ad interi-

δοκῶ μὲν ὁ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ἐκείνου Ζεφυρος, ὑπὸ τούτου μὲν ἀφεθεὶς, ὑπ' ἐκείνου δὲ ἐνεχθεὶς. καὶ ὁ μὲν ἐπεθυμήκει τὴν γῆν δὲ οὐκ ἐδόκει ἔρημον ὑπανθήματος ἀφεῖναι τὴν συμφοράν, ἀλλὰ τὸ ἄνθος ἀντὶ τοῦ μειρακίου γίνεται, καὶ τὄνομα δέχεται. λέγουσι δ' ὅτι ἐκ τῆς προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ προοίμιον.

3 teritum eius inſeruiens; qui ab hoc quidem emiſſus, ab illo vero impulſus, mortem attulit Hyacintho. 4 Videbatur autem indecorum terræ, tantæ calamitatis memoriam deleri, quare pro adoleſcente florem produxit, idemque nomen indidit; cuius principium foliis eſſe inſcriptum, narrant.

NOTÆ
AD CAP. XLVII.

Φιλότιμος μὲν ἀφ' ὧν εἶχεν ἑκάτερος. *Ambitioſi, quo certamine* &c.) Vide indicem in ἀπό. Vterque & Apollo & Zephyrus, magna cum æmulatione adhibuere, quas quisque habuit, conciliandi pueri rationes. Vide Philoſtrat. Iunior. Icon. de Hyacintho.

1. Ἡδονή, παραχή.) Sectatur hic autor, quisquis ille eſt, τὸ πίθανον, vt & in iſtis, γυμνασία, τιμωρία, ἀφεθεὶς, ἐνεχθείς. Eſt & hoc ſchema Iſocrati familiare, ſed ſtylo rotundiore. Dictio autem hic, vt & in ſequentibus, ita conciſa videtur, & diuerſa a ſuperioribus, vix vt credam hæc Palæphati eſſe. præterea nec in Mſc. comparent.

2. Ὁ-

2. Ὁπλίζειν πρὸς πόλεμον.) Proprie & ſimpliciter. Latius, & per figuram, ὁπλίζειν πρὸς μέγα βάρος, & alia, in quibus proprie bellum non eſt, aut prælium. Vide fabularum, quæ Babriæ nomen præferunt, quintam.

3. Δίσκος ἦν. *Diſcus erat.*) De iactu diſcorum, in ludis Circenſibus, vide Roſin. antiquit. Rom. lib. V. c. 5. item Gilbert. Cognat. ad Luciani hac de re dialogum, tom. II. dial. Deor. 4.

Ἐπεθύμει) Enallage plusquamperfecti pro perfecto vel imperfecto; vtriusque linguæ, & Græcæ & Latinæ ſcriptoribus paſſim vſitata.

4. Τῆς προσηγορίας ἐν φύλλοις ἐπιγέγραπται τὸ πρόσιμιον. *Principium nominis foliis inſcriptum.*) Vix recte τῆς παρηγορίας legit Rigaltius in notis ad Tertullian. de Corona. Nota autem eſt Apollinis & Hyacinthi fabula, de qua legi poſſunt interpp. Ouid. ad metam. X. 162. ſeqq. & XIII. 397. Virgil. Eclog. III. 106. Pauſanias in Laconicis ſub initium ad hiſtoriam hæc reuocat. Amyclæ filium, natu minimum, & forma excellentem Hyacinthum, ante fata patris acerba morte oppreſſum, tumulo conditum eſſe Amyclis, ſub ſigno Apollinis. Et poſt medium libri: ὡς ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος Ὑάκινθος ἀπέθανεν ἄκοντος, ἢ πῶς ἐς τὸ αὐθέκαστον εἰρημένα, τάχα μὲν ἴσως καὶ ἄλλως. δοκείτω δὲ ἢ λέγεται. *De Zephyro, & quemadmodum ab Apolline imprudente interemtus ſit Hyacinthus, aliter ſe res forte, quam fertur, habet. Exiſtimetur tamen perinde ſe habuiſſe, vt traditum eſt.* Phyſice per Apollinem intelligunt hic, vt vulgo alias, ſolem,

(vide Voſs. Theol. Gent. lib. II. c. 12.) cuius calor herbas fouet, & hyacinthum quidem eximie vegetat. Quem contra a Zephyro lædi ferret tenor fabulæ, quemadmodum etiam apud nos lupulo præ cæteris noxium eſſe Zephyrum ventum, quidam exiſtimant. Quod autem attinet initium nominis, huius herbæ foliis inſcriptum, legunt quidam apud Ouid. l. c. Metam. X. 215. vbi huius rei fit mentio, *hya*; primas videlicet literas nominis Hyacinthi. Et Seruius atque Aſcenſius ad l. c. Eclog. III. florem iſtum non Aiacis, ſed Hyacinthi nomen retinere ſcribunt. Quia vero, nusquam reperiri herbam his inſcriptam literis, conſtat, ita legi debere negant doctiſſimi interpretes, atque in eis Micyllus & Farnabius, qui pro *hya* in Ouidio reſtituunt *αι αι*. Quod confirmant ex metam. XIII. 397. ſeqq. & Sophocle in Aiace v. 499. Vtraque enim hæc *fabula comitatur hyacinthum*, ait Plin. lib. XXI. c. 11. *luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi*; (alii aliter hanc vocem legunt) *ita diſcurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura αι legatur inſcripta.* Scilicet huius herbæ floribus figura literarum *αι* continetur, quæ ſonum indicat eiulantium; quo alludit Aiax ipſe apud Sophoclem. Cuius etymon, iudice Adolpho Mekercho, de vet. pronunc. ling. Græc. c. XL. concinnius eſt, quam quod affert autor alioqui grauiſſimus, & maximus Poëta Pindarus, VI. Iſthmiorum, vocem deducens ἀπὸ τᾶς φανέντος αἰετᾶς, ex cuius volatu auguratur Hercules, naſciturum Telamoni fortiſſimum filium; qui poſtea Aiax dictus. Fuerit igitur huic herbæ inſcriptum

ptum initium quidem nominis Aiacis, (πρόσιμον dicit autor) & non Hyacinthi, (neque enim & Aiacinthus dicebatur) ſed planctus tantum & queſtus, editi cum periret Hyacinthus. vt liberius, quam verius Germanicus Ouidii interpres, cætera quoque non nimium ſcitus, ſcripſerit:

Phœbus zu bdeuten ſeine Noth/
An dieſe Blum that ſchreiben drot/
Hya / Aia / welch Buchſtaben/
Hyacinth / Aiax / bedeut haben.

Aliter enim Poëta l. cit. lib. XIII.

Litera communis mediis pueroque viroque
Inſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ.

Et lib. X. 215. de Apolline:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit. ——

Paulo ſuperius de Hyacintho.

Flosque nouus ſcripto gemitus imitabere noſtros.

Eoque & Pauſanias τὰ ἐπὶ τῷ θρηνῷ γράμματα appellat, Lucianus ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. Itaque vocabulum προσηγορίας in Noſtro, cum ad Hyacinthum refertur, non ſtricte nomen ſiue nomenclaturam, ſed laxius *alloquium* ſignificare potéſt; quo inter eiulandum, pereuntem puerum, aut naſcentem herbam: aut & hanc & illum compellabat Apollo. Ita hominem inexorabilem, qui prouerbii quaſi figura *durus alloquiis* dicitur, Græci ἄτρεπτον ἄνθρωπον προσηγορήμασιν appellant, id eſt, talem, qui nulla compellatione mitigari poſſit. Hyacinthus itaque flos ille eſt his inſcriptus literis; verum non quem vulgo ſic vocant, & qui hoc nomine deſcribitur a Dio-

Dioscoride: sed alius, vt prolixe docet Salmasius ὁ πάνυ in Exerc. Plinian. ad cap. LV. Solini. p. 1223. seq. quos tamen & veterum quosdam non satis distinxisse, scribit. Botanici recentiores plures, ait, numerent hyacinthi species; sed earum nulla has ostendit in floribus literas. Sed & veteres huic, de quo Poëtæ loquuntur & fabulæ, hyacintho formam tribuunt lilii, quam vulgares non habent hyacinthi, & præterea colorem horum multum colori dissimilem. His enim vt plurimum ex cœruleo pallidus est & dilutior, aut ex cineraceo purpurascens. At hyacinthus ille fabularis, lineis distinctus & literis purpuræ nigræ vel obscurioris colorem habet, & simul ad ruborem vergit. *Suaue rubens hyacinthus*, inquit Poëta. Vaccinium nigrum Romanorum, de quo Virgilius, ad imitationem Theocriti, huic Græcorum hyacintho respondere, iam olim obseruatum. Quod Gallos, seruato vtcunque Latini nominis sono, *vacietam* appellare, scribit Ruellius. Nigros Indorum crines & lucentes Dionysius hyacintho comparat; non vulgari, sed illi, de quo hic sermo est. Is vero Dioscoridi ξυρὶς dicitur vel ξιρίς; Romanis *gladiolus*: in quo omnia quæ huic hyacintho tribui solent, figura, color, & ex discursu venarum literæ conspiciuntur. Figura, inquam, illi est liliorum; vnde κρίνον ὀξὺ a foliorum acumine vocat vulgus Græcorum: & veterum plures sub lilii forma descripsere. Color est, quem nunc dixi. Sed & *hyacinthus* hæc eadem herba illis dicta; vt nihil obstet, quo minus, eam in hac fabula, & versibus Poëtarum significari, existime-

memus. Testis Palladius lib. I. c. 37. Columellæ lib. IX c. 4. *hyacinthus cœlestis nominis* (non, vt vulgo legitur *numinis*) dicitur: vt hac nota distinguatur a vulgari. Cœleste illud nomen Iris est (vnde & herbam ipsam quidam ὀρανίαν appellant) nam & ἶρις ἀγρία dicitur, vt distinguatur a satiua. Iris vero dicta est quod similis sit Iridi communi: quæ arcui cœlesti similis est colorum ποικιλία. Nascitur hic hyacinthus siue gladiolus etiam in summis muris & maceriis, quibus modo aliquid terreni subest. In hortis quoque seritur, & sponte passim prouenit. Tingit purpura eleganti; vulgaris autem hyacinthus non nisi admodum pallescente. Idem hyacinthus fabularis est, quo vtuntur Chymici ad tingendas hyacinthino colore vitreas gemmas, & ad hyacinthos faciendas. Sed & hic Poëtarum hyacinthus ille est, quo in Gallia tingitur hysginum (color est inter purpureum & coccinum, purpuræ tamen propior) secundum Plin. lib. XXI. c. 26. Est & vaccinium illud, quo itidem in Gallia purpureo colore vestes seruitiorum tingi, scribit idem Plinius lib. XV. l. c. 18. Aliud autem vaccinium, & Dioscoridis, id est, vulgaris est hyacinthus, quo idem hæc confundens autor, eodem loco, mangones in Italia vti, perhibet, ad pubertatem venalium mancipiorum coercendam. Hoc enim vaccinium hyacinthus ille est, qui, vt eodem cap. lib. XXI. scribit, *ex vino dulci illitus* pilos erumpere non patitur. Mitto autem, quod narcisso similem florem fuisse, scribit Tzetzes Chil. I. hist. 11. Neque vero mirum, idem nomen datum diuersis herbis, vti nec nouum, easdem

her-

herbas pluribus appellari nominibus. Ξυρὶς itaque Dioſcoridis eadem eſt, quæ ὑάκινθος Theophraſti, Columellæ & Poëtarum; vt hæc fere omnia latiſſime, citato loco perſequitur Salmaſius: & ante eum partem explicuit Adolphus Mekerchus loco ſupra indicato, de veteri & recta pronunc. ling. Græc. c. XL. Agnoſcit & vir ſummus, nec minus eruditione & ſubtilitate ingenii, quam genere illuſtris I. Cæſ. Scaliger exerc. ad Cardan. CL. hyacinthum Poëtarum differre a Dioſcoridis hyacintho. Sed & quando de huius vaccinio iſto loco diſputatio eſt, infert ille de hyacintho, tanquam herba eadem; vt vaccinium dictum videri poſſit quaſi ὑακίνθιον vel ὑακίνθινον, ἀπὸ τῆς ὑακίνθου. *Cæruleum eſſe vaccinium Dioſcoridis*, inquit, *nego tibi: ſi non eſt idem purpureum & cæruleum. Et profecto vaccinii color inter puniceum & purpureum eſt. Nam te illius hyacinthum confundere cum Ouidii hyacintho non puto. Non enim neſcis, quantum diſtet a lilii figura forma viola.* Scribit vero & Georgius Sabinus in fabularum Ouidii interpretatione, Lazarum Bonamicum, cuius ſe in Italia auditorem fuiſſe ait, enarrantem Georgica Virgilii, varias quidem recenſuiſſe de hac herba opiniones Medicorum, maxima ex parte negantium, eiusmodi herbam vspiam naſci: affirmaſſe tamen illum, ſe aliquando vidiſſe Venetiis florem Alexandria allatum, tali forma, qualem deſcribunt Poëtæ. Confer & Gilbertum Cognatum ad ſupra citatum Luciani dialogum. Scio, eruditiſſimum Rigaltium in notis, quas ſupra laudaui, ad Tertull. de Coron. ſub fin. hæc omnia negare; con-

contendentem, vt nusquam eſt locus, vbi cœli ſpatium non amplius tres vlnas pateat viſui: ita nec vsquam herbas naſci, quib[illegible]egum inſcripta ſint nomina. Nec enim Hyacinth[illegible]nec Aiacem fuiſſe Reges: nec, ſi fuiſſet Aiax, Virgilianum eſſe, pro *nomina Regis* ponere *nomina Regum*. Itaque prius illud de ſpatio cœli eſſe ἐκ τῶν ἀδυνάτων, poſterius de floribus ἐκ τῶν οὐκ ὄντων. Ideoque nec ſuſpicandum, his verſibus aliquid, quod in rerum ſit natura, notari. Sed Regaltium, quem non nominat, refutat dicto loco Salmaſius, vtrumque ænigma explicat, exemplisque oſtendit, inſolens non eſſe pro ſingulari numero quandoque pluralem adhibere. Aiacem præterea Regulum fuiſſe Salaminis, eoque Agamemnona *Regem Regum* appellari. Quin & locus Ouidii ſupra allegatus de *litera communi pueroque viroque* clarior eſt, quam vt eludere eum potuerit Rigaltius. Itaque & recte ſe habent illa in epitaphio Bionis, Poëtæ bucolici, quod Moſcho nonnulli tribuunt;

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, ἢ πλέον αἰ αἰ
Λάμβανε τοῖς πιτάλοισι. ——

Et fidem Poëtarum in dubium vocantibus reſpondere Philoſtratus poteſt, ἀναγνῶθι τλὼ ὑάκινθον, *hyacinthum lege*. Icon. lib. I. Nec ſolent ænigmata, quibus hic Poëtam vſum conſtat, ἐκ τῶν οὐκ ὄντων aut ἀδυνάτων peti.

CAP.

Κεφ. μη.

ΠΕΡΙ ΜΑΡΣΥΟΥ διήγημα.

Ὁ Μαρσύας ἀγροῖκος ὢν τὸ γένος καὶ ἀμαθὴς μουσικῆς. ἐμίσησεν Ἀθηνᾶς τοὺς αὐλούς, οὐκ ὀλίγον γὰρ ἀφελοῦντο τὸ κάλλος. ἡ θεὸς τοίνυν εἰκόνα δεξαμένη, τὸ συμβὰν ἐδίδαξεν. οὕτω δὲ ἐρριμμένων τῶν αὐλῶν, ὁ Μαρσύας ὑφίσατο. προσιέντι γὰρ τοῖς χείλεσιν, ἀνελὼν αὐτοὺς ὁ ποιμὴν· οἱ δὲ ἦδον θείᾳ δυνάμει, καίπερ ἄκοντος τοῦ κεκρατηκότος. τέχνῃ ὁ Μαρσύας ἐνόμισεν εἶναι τὴν δύναμιν· καὶ χωρεῖ μὲν κατὰ μουσῶν, χωρεῖ δὲ κατὰ Ἀπόλλωνος· λέγων, καὶ θέλειν εἶναι λοιπὸν, εἰ μὴ πλεονεκτήσῃ τοῦ δαίμονος. ἐν ἐκείνῃ τῇ φιλονεικίᾳ νικᾶται, καὶ τὸ δέρμα μέχρι τῶν ἄκρων ἐκδύεται. εἶδον ἐγὼ ποταμὸν ἐν Φρυγίᾳ, Μαρσύας ὄνομα τῷ ποταμῷ· καὶ

CAP. XLIIX. DE MARSYA HISTORIA.

Marsyas cum esset rusticus, hac ratione Musicus euasit. Odio cœpit habere suas tibias Minerua, tanquam non parum pulchritudini, & formæ, adimentes; vt a fonte, qui imaginem illius receperat, fuerat edocta. Proiectas itaque sic tibias Marsyas suscipit, & sublatas labris pastor applicat: eæque, residua adhuc diuina vi, etiam inuito illo, qui vtebatur, recinebant. Cæterum hanc virtutem Marsyas suæ arti adscribens; & Musas aggressus est, & Apollinem; viuere se amplius nolle dicens, nisi in tali certamine DEVM exsuperasset. Sed in ista contentione victo cutis per summos artus est directa. Vidi ipse in Phrygia fluuium, cui Marsyas no-

ἔλεγον οἱ Φρύγες ἐπὶ τῷ ῥεύματι τούτῳ ἐξ αἵματος ἐστὶ τοῦ Μαρσύου.

nomen; quem ex Marsyæ sanguine profluxisse Phryges contendebant.

NOTÆ
AD CAP. XLIIX.

Ἀγροῖκος ἦν. *Cum rusticus esset.*) Poëtam Lyricum fuisse perhibent. Ouidius Satyrum appellat. Ex quo fortassis emendandum illud in Hygino, fabula CLXV. *vnus ex turis*, pro *ex Satyris*. Salmasius parte altera exerc. Plin. ad cap. XL. Solin. p. 832. emendat *vnus ex Tityris*. Vide vero Aelian. V. hist. III. 40. & alios. Satyrum autem dictum ait Sabinus, quod obscœnos vel inconditos versus scriberet. Musicum etiam fuisse, memoriæ proditum est, insignem arte canendi tibiis. Cuius nimia æmulatione factum, vt apud Græcos, Thebanos præsertim, honorificentius prope tibicinis nomen esset, quam sapientis. Eius autem prauitatem moris hac fabula notasse Athenienses, apud quos studia literarum in pretio erant. Nec sine contemtu Thebanorum cantum tibiarum auersatus est Alcibiades, de quo Plutarchum lege in vita eius, & Agell. Noct. Attic. lib. XV. cap. 17. Conferatur Aristot. lib. VIII. Polit. c. 6. Ad Poëtas ineruditos, siue versificatores ineptos, leues, & petulantes, qui nihil minus sunt quam Poëtæ, hæc applicat Sabinus. Idem ad fabulam Poëtarum, cuius meminit Curtius sub initium lib. III. atque adeo

ad ipſa Hiſtorici verba, hæc annotat: *Strepitus ille aquarum quaſi concentus eſt; & ſubita aquæ mutatio efficit, vt amnis fracto impetu, tanquam detracta cute, induat alium colorem, fiatque nitidiſſimus.* De quibus in præſens nihil addo. Paulus Marſus ad Faſt. Ouid. lib. VI. diſt. 350. ſeqq. Strabonem hæc pro fabulis habentem ad hiſtoriam reuocaſſe, ait. Verba Geographi lib. XII. ita habent: Σώζεται καὶ λίμνη, Φύσσα κάλαμον, τὸν εἰς τὰς γλωττίδας τῶν αὐλῶν ἁρμόττοντα. *Supra iſtum locum* (in quo fama eſt certaſſe Apollinem & Marſyam) *palus eſt, calamum edens, ad tibiarum lingulas aptum.* Et ſubiicit, ex hac palude vtrumque ſaturire amnem, Marſyam & Mæandrum. Idem Paulus, eodem loco ex Plinio tradit, Marſyam Regem fuiſſe vel Ducem Lydorum; cui detractam dici cutem, quod regno eum exuerint hoſtes. Hiſtoriam autem rerum eius non haberi, quod longe ante bellum Troianum fuerit. Suo autem ſeculo, ingenio & prudentia mirabili habitum, teſtis eſt Diodorus in tertio, quanquam id rationibus non ab omni parte idoneis probet. De arbore, ex qua pependiſſe fertur, vide Plinium Nat. hiſt. lib. XXVI. c. vlt. & aliter narrantem Apollod. lib. I. adde de tota fabula & Tzetzen Chil. I. hiſt. 15. & Lil. Gyrald. dialogiſm. XXIII. Pellis in formam vtris redacta, ſuſpenſa eſt in vrbe Celænarum. Herodot. Polymn. c. XXVI. inde & Tzetzes d. l. ἀσκὰς, ait, ἀπηρτήσθη. Conf. & Xenoph. lib. I. ἀνάβασ. Fulgentium Mythol. lib. III. diceret aliquis, in huius explicatione fabulæ λεπτολογεῖν, veterumque Muſicorum & Mathematicorum

rum placita nimis ex longinquo huc arcessere. Commode autem fabula vti possumus de iis, qui freti elatique naturæ dotibus, per se eximiis illis quidem, sed a cultu eruditionis parum instructis, cum viris doctis subactisque ingeniis infelici certamine se componere audent. Quadrat & in eos, quibus per stultam ambitionem alienæ industriæ opera iactantibus pro suis, tandem a solida victis eruditione, cutis, id est, fama & existimatio detrahitur, quam artibus non optimis pararunt. Placuit similis huic sensus Xenophonti, qui lib. I. de Expedit. Cyr. refert victum ab Apolline Marsyam, ἐρίζοντα περὶ σοφίας, *sapientiæ certamen cum illo ingressum.* In quam partem aliqui etiam Herculis cum Hydra pugnam acceperunt, vti supra notatum. Tzetzes l. c. ἐρίζων τοῖς κρείττοσιν ἀνηρέθη. Idem φιλόσοφον appellat, arrogantemque & gloriosum in fluuio suffocatum scribit. Præterea & hic locum habere potest illud Nostri, Cap. III. ficta esse hæc talia, ἵνα μὴ ὑβρίζωσιν οἱ ἀκροώμενοι εἰς τὸ θεῖον. *Ne contumeliam facerent numini hæc audientes.* Vide notas ad præfationem.

Οὐκ ὀλίγον γὰρ ἀφηρεῦντο τοῦ κάλλους. *Non parum pulchritudini & formæ* &c.) Vide Athenæum dipnosophist. lib. IV. c. vlt. XIV. c. 2. De hac re, & tota Marsyæ fabula, legi etiam potest Thomas Dempsterus ad Antiquit. Rosin. lib. I. c. 13. ad region. vrb. 8. p. m. 53. aliique passim obuii, οὐ πρέπει συνετοῖς ἀνδράσιν αὐλῳδία inquit Tzetz. loc. supr. cit.

Non decet viros graues tibiis canere.

Et in eundem ſenſum plura plures. ſed & in hac re

—— *velle ſuum cuique eſt.*

Quod multi & ſcriptis & vita teſtatum fecere. Vide ſaltem Corn. Nep. in Epaminonda.

Ἡ πηγή. *Fons.*) Aqua veteribus frequenter vſum ſpeculi præbuit; quod præter hanc, etiam ex fabula cognoſci poteſt Narciſſi; quem Poëta metam. III. 505. etiam poſt mortem in Stygia ſe ſpectare aqua fingit. Notiſſimum eſt illud Virgilii:

—— *nuper me in littore vidi,*
Cum placidum ventis ſtaret mare ——

Expreſſum, vt docet Seruius, ad illud Theocriti, Idyll. VI. πρὰν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦν δὲ γαλάνα. Lucianus in Alcyone de mari tranquillo, ſereno die: ἀκύμαντον καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον, ὡς εἰπεῖν, κατόπτρῳ, vt & iſta in hanc partem accipere liceat. Et alibi, ni fallor, in eodem autore ſimiles ſunt & huc pertinentes loci. In fabulis Phædri lib. I. 4. aqua, in qua natans canis vmbram, qua deceptus eſt, vidit, *ſympharum ſpeculum* appellatur. Plura afferre omitto.

Τὸ συμβαίν.) Verti poteſt, *quod tunc contigit.* Interdum & propius *euentum* reddere poſſis. Elegantter autem & aliis affinibus huius verbi participiis vtuntur Græci: vt in memorabili ſententia Demoſthenis Olynth. I. πρὸς τὸ τελευταῖον ἐκβαὶ, ἕκαστον τῶν πραγματευξαίτων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται.

I. Ἄκοντος.) Ergo & inuito Marſya cecinerunt tibiæ. Cui vero credibilius eſt, vt non neſciente, neque non opinante, ita nec repugnante ceciniſſe, poterit no-

notione φιλοσοφικωτέρα hoc explicare ex Ariſtotelica definitione βιαίᾳ, quod ſpecies eſt inuiti, quam 3. Ethic. cap. 1. legimus. Vt ſenſus ſit: Marſyam propria facultate ad modulationem nihil contuliſſe. Dixi ad modulationem. Ad hanc enim non ſatis erat, rudes Marſyæ buccas multo aëre impleſſe tibias.

2. Τέχνῃ ἐνόμιζεν εἶναι τὴν δύναμιν.) Subiectum transpoſitum in locum prædicati, vt loquuntur Logici. Cuiusmodi eſt illud Iohannis Euangeliſtæ Cap. I. v. 1. θεὸς ἦν ὁ λόγος, pro ὁ λόγος ἦν θεός. *Verbum erat Deus*; quod eiusdem eſt Euangeliſtæ & Apoſtoli, Epiſt. I. c. v. 20. Vide & τὸν μακαρίτην Salomonem Glaſſium, Philol. ſacr. lib. IV. Tract. 2. obſeru. 26.

Λέγων δὲ θέλειν εἶναι λοιπόν.) Vix perpetuum, quod tradunt Grammatici, ante infinitiuum eſſe, non more Latinorum quartum, ſed primum caſum, omiſſo etiam pronomine reciproco, quando oratio ſubſiſtit, vt loquuntur illi, in eadem perſona. Iſocr. ad Philippum: περὶ πολλοῦ ἐποιησάμην ἐμὸν τε εἶναι &c. Et in Panegyrico de æmulatione Lacedæmoniorum & Athenienſium: ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν, οὐκ ἐχθρὰς ἀλλ' ἀπαγωνίστους σφᾶς αὐτοὺς νομίζοντες εἶναι. Ælian. Var. hiſt. lib. I. 27. Ὁμολογεῖ Ἀλκμὰν ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν πολυδερώτατον γεγονέναι. lib. II. c. 12. Θεμιστοκλῆς ἔσπευδεν ἑαυτὸν εἶναι πρῶτον. Vtraque loquendi ratio concurrere videtur in iſto eiusdem II. 28. κακοπαθοῦσιν ἐπὶ τῷ μὴ ἡττῆσθαι ἑκάτερος, μηδὲ εἶναι θατέρου τὸν ἕτερον. Conſentiunt in hac lectione editio Romana, mere

Græca, Ligurina Gesneri, Geneuensis & Argentoratensis Iohannis Schefferi. Nec minus a regula recedit, quod apud eundem legimus lib. XIII. 43. ἔλεγε τύχην αἰτίαν εἶναι, Τιμόθεῳ δὲ ἀδύνατος, cui gemina pluribus locis aliis in eodem scriptore occurrunt.

Κεφ. μθ.

ΠΕΡΙ ΦΑΩΝΟΣ.

Τῷ Φάωνι βίος ἦν περὶ πλοῖον εἶναι καὶ θαλάττην. πνεῦμος ἦν θαλασσία. ἔγκλημα δ' οὐδὲν πρὸς ἀδένος ἐνομίζετο. ἐπεὶ καὶ μέτριος ἦν, καὶ παρὰ τῶν ἐχόντων μόνον ἐδέχετο. θαῦμα ἦν τὸ τέρπειν παρὰ τοῖς Λεσβίοις. ἐπαινεῖ τὸν ἄνθρωπον ἡ θεὸς (Ἀφροδίτην λέγουσι τὴν θεὸν) καὶ ἐπαοιδὸν θέαν ἀνθρώπου γυναικὸς ἤδη γεγηραικυίας, τῷ Φάωνι διαλέγεται περὶ πλοῦ. πρᾶγος ἦν ἐκεῖνος καὶ θεραπεῦσαι, καὶ διακομίσαι, καὶ μηδὲν ἀπαιτῆσαι. τί οὖν ἐστὶ τούτοις ἡ θεός; ἀμείψαι φασὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀμεῖψεν αὐτὸν νεότητι καὶ

CAP. XLIX.

DE PHAONE.

Phaon circa nauigia, & anguſtias maris, victum exercuit; neque in hoc offecit cuipiam, quoniam & æquus eſſet, & ab iis duntaxat mercedem exigeret, qui ſoluendo videbantur. Hic mos admirationi cœpit eſſe Lesbiis, atque a Dea (Venerem eam vocant) laudari Phaon; quæ habitu induta mulieris vetulæ, rogat Phaonem, ſecum traiicerét. Ille dictum factum, & ſeruire paratus erat, & transuehere, & portorii nihil exigere. Quid itaque his Dea repoſuit? Dicitur, illum ex ſene iuuenem, & formoſum feciſſe.

κάλλει τὸν γέροντα. οὗτος ὁ Φάων ἐστὶν, ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ᾆσμα ἐποίησε.

3 cisse. Hic ille Phaon est, in cuius amorem Sappho sæpe carmen cecinit.

NOTÆ
AD CAP. XLIX.

Περὶ Φάωνος. *De Phaone.*) Vide Lucian. dialog. Simyli & Polystrati. Ælian. Var. hist. XII. 18. Plaut. Mil. gloriof. Act. IV. scen. 6. Ex historia natam fabulam indicat Plinius Nat. hist. lib. XXII. c. 8. herbæ, cui nomen *centum capita, radicem*, scribens, *alterius sexus similitudinem referre: & si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dilectum a Sappho.* Nec nouum est, in fabulis, vt viros magnos Deorum, ita & fœminas, raris pollentes dotibus, Dearum venire appellatione. Itaque fieri potuit, vt mulier aliqua, vel formosa ipsa, vel saltem secretorum naturæ perita, in emendanda valetudine & forma, officioso & bene de se merito portitori ostenderit, per quæ adminicula naturæ solito speciosior apparere posset. Vide Gilbert. Cognat. ad supra allegatum Luciani dialogum.

Περὶ πλοῖον.) Vocabulo περὶ vtuntur Græci cum verbo εἶναι, vbi significandum est, aliquem in negotio occupatum esse; vt in vulgato illo: περὶ ταῦτα ἦν. *in his occupatus erat.* & cum verbo ἔχειν: περὶ τοὺς στοὺς ἔχειν. *telis operam dare.* Ælian. Var. hist. III.

42. περὶ κύλικας ἔχειν. *inter ſcyphos eſſe, compotationem agitare*, Herodian. lib. IV. Diuus Paulus 1. Epiſt. ad Thimoth. IV. 15. præpoſitione ἐν cum ſuo caſu elegantiſſime vſus eſt. Ταῦτα, inquit, μελέτα, ἐν τούτοις ἴσθι. *hæc meditare, in his eſto.*

Πεῤθμὸς ἦν θάλασσα.) Satis ſignificanter. Phaſin. *portitor in mari fuit.* inepte. Significat autor aſſiduam inter fauces & anguſtias maris vitam; quaſi diceres: *mare proſtatione erat.*

1. Ταχὺς ἦν ἐκεῖνος θεραπεῦσαι.) Ita & Noſtri: Er war fertig zu dienen. Dictum factum. Knall und Fall war ein Ding. Apoſtolus Iacobus præpoſitionem εἰς adhibuit cap. I. v. 19. ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. *celer ad audiendum, tardus ad loquendum.*

2. Ἀμείβεται.) Malim cum Tollio ἀμείβεσθαι, vel ἀμείψασθαι. vt ἐξήγησιν hæc contineant priorum.

3. Ἐφ' ᾧ τὸν ἔρωτα αὐτῆς ἡ Σαπφὼ πολλάκις ἄσμα ἐποίησε.) *Ob quem*, ſcilicet ex amore, quo eum deperibat, *ſæpe Sappho amores ſuos argumentum fecit carminis.* Non video, quis alius eſſe poſſit horum verborum ſenſus, ſi nihil mutes. Cl. Tollius legit: διὰ τὸν ἔρωτα, *ob amorem*, quo pacto ἐΦ ᾧ fuerit *ſuper quo*, vel *de quo.* Quid autem hic vel oculis legerit, vel cogitarit animo Phaſinianus, cum hæc Latine redderet, mihi quidem promtum non eſt dicere: niſi quod pro ἄσμα videtur αἷμα legiſſe; ſed nullo ſenſu. Ita autem ille: *Cuius amore cum capta Sappho eſſet, ſeſe interimens amorem illum in ſanguinem mœrorem que vertit.* Reſpexit forte ad illa, quæ de morte Sapphus traduntur: ſed ea nihil ad hunc locum.

Η

Ἡ Σαπφώ. *Sappho.*) Duas fuisse huius nominis mulieres, traditum Æliano Var. hist. XII. 19. aliisque. Carminum autem Sapphus (a qua Sapphicum carmen nomen habet) passim fit mentio. Vide Suidam, & Chabotii notas ad Horat. lib. II. Carm. od. 13. Eliam Vinetum ad Ausonii Epigramm. 31. & Ephemerid. Et mollissimos tenerrimi amoris affectus expressos legas in epistolis Heroidum, quæ Ouidio tribuuntur: quarum postrema est ordine, non artificio, Sapphus ad Phaonem.

Κεφ. ν.

ΠΕΡΙ ΛΑΔΩΝΟΣ διήγημα.

Ἔδοξε τῇ γῇ Λάδωνι τῷ ποταμῷ πρὸς συνουσίαν ἐλθεῖν. καὶ ἐπεὶ συνῆθον ἀλλήλοις, κύει μὲν ἡ γῆ, τίκτεται δὲ ἡ Δάφνη. φιλεῖ δὲ ἐκείνην ὁ Πύθιος, καὶ ῥήματα ἦν ἐραστοῦ πρὸς κόρην. ἀλλ' ἡ Δάφνη τὴν σωφροσύνην ἐφίλει. διώκειν οὖν ἔδει, καὶ ἐδιώκετο. πρὶν δὲ ἀπειπεῖν ἐν τῇ φυγῇ, παρακαλεῖ τὴν μητέρα αὐτῆς, πάλιν αὐτὴν εἴσω ποιῆσαι, καὶ τηρῆσαι οἷα γε-

CAP. L.

DE LADONE NARRATIO.

Terræ visum fuit cum Ladone fluuio ad coitum descendere; & postquam sese miscuere, concepit quidem terra, & Daphnen peperit; eamque Apollo dilexit, & verba cum illa habuit amatoria. Sed castitatem tuente Daphne, persecutione opus videbatur; quam mox instituit. Priusquam vero interdiceret quidquam in fuga, matrem inuocauit, vt sese rur-

γένηται. ἡ μὲν οὖν ὧδε ἐποίει, καὶ τὴν Δάφνην εἶχεν ἐν ἑαυτῇ. κατὰ δὲ τὸ μέρος ἐκεῖνο, εὐθὺς ἀνεπήδα φυτόν· καὶ παραπεσὼν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ ἔρωτος ὁ Θεὸς, οὐκ εἶχεν ὅπως ἀποστῇ τοῦ φυτοῦ. ἀλλ' αἵ τε χεῖρες ἀνελαμβάνοντο, καὶ ἡ κεφαλὴ τὸ λοιπὸν ἐκοσμεῖτο. λέγεται δὲ καὶ ὁ τρίπους οὐκ ἄνευ τῆς δάφνης ἱδρύσθαι, κατὰ Βοιωτίαν, ἐπὶ τοῦ χάσματος.

2 rursum intra se reciperet, ac seruaret talem, qualem antea genuisset. Illa quidem precibus morem gessit, atque in se filiam continuit: inque ea parte continuo planta prosiliit; in cuius amplexus ob amoris vehementiam ruens Apollo, nullis machinis resistere potuit nascenti
3 arbori; sed manus illius iam continebantur arbore, ac caput tandem frondibus ornabatur. Dictum quoq; est, tripoda in Bœotia iuxta antrum, sine lauro constitui non potuisse.

NOTÆ
AD CAP. L.

Λάδωνι τῷ ποταμῷ. *Cum Ladone fluuio.*) Secundum alios Peneo. Vide Ouid. metam. lib. I. 452. & interpp. Fulgent. Mythol. lib. I. Ladonis fuisse filiam scribunt, præter alios, Pausanias in Arcadicis & Phocaicis, Philostratus in vita Apollonii Thyanæi, Eustathius, & qui huius fabulæ confutationem progymnasmatis materiam esse voluit Aphthonius. Parthe-

thenius Amydæ filium fuiſſe perhibet, amatum a Leucippo. De quo latius Pauſanias.

φιλῶ ὁ πύθιος. *Eamque Apollo dilexit.)* Laurum arborem Apollo aliquis e Theſſalia in Phocidem translatam ad Ladonis ripas plantauit; vt Pauſaniam explicat vir celeberrimus Eraſmus Schmidius, præfat. in Pythionic. Pind. Apollo Oſiridis frater & militiæ comes laurum reperit, vt ab Oſiride inuenta hedera, quæ Ægyptiis *planta Oſiridis* dicebatur. Voſſ. Theol. Gent. lib. I. c. 27. ex Diodoro, *Penei fluminis ripæ abundare lauro dicuntur.* Fulgent. Mythol. l. cit. de lauro. Plerique hæc Phyſicè exponunt. Apollo ſiue Phœbus ſolem ſignificat, vt nemini non notum. φοῖβος Heſychio adiectiue, vt loquimur, καθαρὸν, λαμπρὸν notat; quod in ſolem rectiſſime competit. (Videatur Regius ad Ouid. metam. l. 553.) item illud Ouidii l. c. 522.

——— *herbarum eſt ſubiecta potentia nobis.*

Apollo comatus & imberbis pingitur, ideoque & Poëta loc. cit.

——— *meum intonſis caput eſt iuuenile capillis.*

Et ſol radios habet, nec vnquam ſeneſcit: laurus vero ſemper frondes retinet, (quod idem in olea, cupreſſo & hedera ex pinguedine & calore contingere exiſtimat Plutarchus Sympoſ. lib. III.) Vide Ciceronem lib. III. de nat. Deorum & rem omnem plenius apud Natalem lib. IV. Myth. c. 10. Voſſ. de origine & progr. Idol. lib. II. c. 12. Fulgent. Mythol. lib. I. Sol laurum amat, quæ arbor eſt calidæ prorſus naturæ; adeo vt ſi affrices hederæ, (ea vero Libero ſacra; qui vt l. c. do-

cet

cet Voſſius, alius non eſt a ſole) eliciatur, vt ferunt; ignis. Contra laurus Apollinem, id eſt, ſolem fugere dicta; quia vmbram & loca opaca amat, nec facile apricum fert & ſolem. Vide Farnab. ad Ouid. l. c. V. 474. & plura in his notis ad finem capitis.

Καὶ ῥήματα ἦν.) Familiaris hæc Græcis loquendi formula, vbi de contractibus ſermo eſt, cui ſimillima illa Æliani Var. hiſt. II. 7. ῥήτρα πρὸς αὐτὸν καὶ ὁμολογία γίνεται.

1. Πρὶν δὲ ἀπειπεῖν ἐν τῇ Φυγῇ.) Phaſinianus prorſus incommode: *Denegare ei non quidquam prius auſa eſt.* Tollius: *Priusquam vero interdiceret quidquam in fuga.* Simplicius forte & planius: *priusquam deficeret* (viribus & voce) *in fuga.* Hæc enim, niſi valde fallor, vis eſt vocis ἀπειπεῖν, hoc quidem loco. Ouid. l. c. v. 543.

Viribus abſumptis expalluit illa, citaque
Victa labore fuga. —— ——

2. Οὐκ εἶχεν ὅπως ἀντισῇ τῷ Φυτῷ. *Non potuit reſiſtere naſcenti arbori.*) Si ad Apollinem vtrumque verbum referas, vt poſtulat connexio, ſimpliciſſima interpretatione ſenſus erit: *non potuit ab arbore diſcedere* aut *auelli.* Quomodo & Ouidius:

Complexusq; ſuis ramos, vt membra, lacertis,
Oſcula dat ligno. —— ——

Verſiones eum exprimere videntur ſenſum, quem darent verba, οὐκ εἶχεν ὅπως ἀντισῇ τῷ Φυτῷ, aut ἀποσήσειν (αὐτὴν) τοῦ Φυτοῦ.

3. Λέγεται δὲ ὁ τρίπους οὐκ ἄνευ δάφνης ἱδρύσθαι ἀπὸ Βοιωτίας, ἀπὸ χάσματος. *Dictum eſt & tripoda*

poda in Bœotia, iuxta antrum, ſine lauro conſtitui non potuiſſe.) Dicere videtur, non tantum in oraculo Apollinis Delphico lauri maximum fuiſſe vſum: ſed etiam in Tryphonii antro oraculo Bœotiæ (de quo Pauſanias lib. IX. Philoſtratus in vita Apollon. Thyan. lib. VIII. c. 8. & ex recentioribus Nicolaus Leonicenus peculiari libro,) tale quid, & amplius, contigiſſe, in dedicatione vel vſu oraculi. Lauri, inquam, ſi quidem nihil deſit; aut obſtet, quo minus vox δάφνης, quæ in ſuperioribus ſemper Nympham ſignificauit, hic quaſi ex abrupto, nullaque interiecta narratione alia, arborem notet. Apollini autem ſacra erat laurus, non tantum in communi, ob natiuum calorem, vt ſupra dictum; ſed etiam in oraculis, ob vim indicandi futura: quam, vt rem in oraculo egregie commodam, ſtulta ſuperſtitione illi ineſſe putarunt Gentiles: & quando id rebus ſuis expedire videbat, quibus potuit impoſturis amplius confirmauit malus Dæmon: cui ſtudium & voluptas fuit in hoc piſcari profundo. Itaque & comeſta credebatur vim diuinandi afferre, & quendam ἐνθουσιασμόν: & ſuppoſita capiti, dormientibus vera conciliare ſomnia. Ergo & veſcebantur illa frequenter Vates Sacerdotesque, per quos reſponſa dabat oraculum, quoniam *venturi præſcia* vulgo habebatur: & coniectam in ignem, atque crepitantem flammis; fauſtum; tacitam, inauſpicatum portendere perſuaſum erat. Hinc δάφνην quaſi δαοφώνην dictam volunt, a δαίειν *vrere*, φωνὴ *vox*; quod cum vreretur, ſonum ederet, vt inter alios docet Regius ad Ouid. l. c. ex Theocrito. At eruditiſſimus Meurſius in Arboreto,

reto, in quo multa huc pertinentia eleganter complexus est, p. m. 11. cum Eustathio, ex δα, intensionis particula, & φωνεῖν deriuat. Lucretii est, lib. VI.

Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu, flamma crepitante, crematur.

Porro ex hac religione Vates coronabantur lauro, Vatumque λαιμοὶ δαφνηφάγοι, *guttura lauriuora*, vt ita dicam, appellantur in Cassandra Lycophronis sub initium. Tibullus lib. II. eleg. 5.

Vera cano, sic usque sacræ innoxia laurus
Vescar. ——— ——— ———

Conferatur & Eusebius Præpar. Euangel. lib. III. His similia habet, & alia addit, Casaubon. ad Charact. Theophrast. c. XVI. confer & Salmasium, ad cap. XL. p. 868. Neque vero ad hæc defendenda sufficiunt, quæ de virtute rerum quarundam naturalium, vim diuinatricem in hominibus excitandi disputat Plutarchus lib. de defectu oraculorum; aliquanto infelicius, nec satis pro tanti ingenii acumine. Idem enim illi accidisse puto, quod in hac causa vsu venit aliis, vt Religionis vel Philosophiæ non bonæ malis impediti principiis, animo hominis, & naturæ rerum plus, quam per se capere possent, adscriberent. Et parum similem sui fuisse Aristotelem, existimant eruditi, quando libro de diuinatione per somnum, eam simpliciter a melancholici humoris vehementia arcessit. Nec immerito Fernelius, & post eum acerrimi vir ingenii, & raræ eruditionis Philosophus Cornelius Martini in Theologia Naturali dissert. III. aphor. XI. tale quid notauit castigauitque in recentioribus; inter quos est etiam Leui-

nus

nus Lemnius lib. II. de occult. natur. mirac. c. 2. sed vt ad illam Gentilium hypothesim reuertamur, laurus soli, vt corpori calidissimo, Apollini autem chara credebatur, vt Deo fatidico. Quomodo autem diuinatio illa Apollinis quadret ad solem, luce sua omnia retegentem, pellentemque tenebras, ostendit Vossf. Theol. Gentil. libr. cit. proxima ante locum allegatum pagina 367. & Fulgentius mythologicōn primo de Apolline.

Κεφ. να.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΣ.

Ἀργεῖοι πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγοῦντο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ πανήγυριν αὐτῇ τετάγμενην ἄγουσιν· ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑορτῆς, ἅμαξα βοῶν τὸ χεῦμα λευκῶν. ἀπὸ δὲ τῆς ἁμάξης εἶναι δεῖ ἱέρειαν, ἔτω δὲ ἔχειν ἄχρι ἔδους. τὸ δὲ ἱερὸν, ἔξω τοῦ ἄστεος. ἦκεν οὖν ποτε ὁ χρόνος φέρων τὴν ἑορτήν. ὁ δὲ νόμος, ἀπὸ τῶν βοῶν οὐκ ὄντων, ἐκώλευεν. ἀλλ' ἐσοφίσατο τὴν ἀπορίαν ἡ ἱέρεια, μήτης

CAP. LI.

DE IVNONE.

Iunonem Deam sibi tutelarem existimant Argiui, atque ea propter festum in honorem eius institutum celebrant, cuius apparatus erant iuncti boues, corpore albi. Eo in curru considere oportebat Sacerdotem, & sic ad campum vsq; prouehi: erat enim templum extra vrbem. Aduenit ergo quondam tempus celebrandi festi, quo bobus non præsentibus mos claudicaret, sed animaduertit penuriam Sacerdos, ma-

reto, in quo multa huc pertinentia eleganter complexus est, p. m. 11. cum Eustathio, ex δα, intensionis particula, & φωνεῖν deriuat. Lucretii est, lib. VI.

Phœbi Delphica laurus
Terribili sonitu, flamma crepitante, crematur.

Porro ex hac religione Vates coronabantur lauro, Vatumque λαιμοὶ δαφνηφάγοι, *guttura lauriuora*, vt ita dicam, appellantur in Cassandra Lycophronis sub initium. Tibullus lib. II. eleg. 5.

Vera cano, sic usque sacræ innoxia laurus
Vescar. ——— ——— ———

Conferatur & Eusebius Præpar. Euangel. lib. III. His similia habet, & alia addit, Casaubon. ad Charact. Theophrast. c. XVI. confer & Salmasium, ad cap. XL. p. 868. Neque vero ad hæc defendenda sufficiunt, quæ de virtute rerum quarundam naturalium, vim diuinatricem in hominibus excitandi disputat Plutarchus lib. de defectu oraculorum; aliquanto infelicius, nec satis pro tanti ingenii acumine. Idem enim illi accidisse puto, quod in hac causa vsu venit aliis, vt Religionis vel Philosophiæ non bonæ malis impediti principiis, animo hominis, & naturæ rerum plus, quam per se capere possent, adscriberent. Et parum similem sui fuisse Aristotelem, existimant eruditi, quando libro de diuinatione per somnum, eam simpliciter a melancholici humoris vehementia arcessit. Nec immerito Fernelius, & post eum acerrimi vir ingenii, & raræ eruditionis Philosophus Cornelius Martini in Theologia Naturali dissert. III. aphor. XI. tale quid notauit castigauitque in recentioribus; inter quos est etiam Leui-

nus

nus Lemnius lib. II. de occult. natur. mirac. c. 2. Sed vt ad illam Gentilium hypotheſin reuertamur, laurus ſoli, vt corpori calidiſſimo, Apollini autem chara credebatur, vt Deo fatidico. Quomodo autem diuinatio illa Apollinis quadret ad ſolem, luce ſua omnia retegentem, pellentemque tenebras, oſtendit Veſſ. Theol. Gentil. libr. cit. proxima ante locum allegatum pagina 367. & Fulgentius mythologicõn prin. de Apolline.

Κεφ. να.

ΠΕΡΙ ΗΡΑΣ.

Ἀργεῖοι πολιοῦχον αὐτοῖς τὴν Ἥραν ἡγοῦντο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ πανήγυριν αὐτῇ τετάγμενην ἄγουσιν· ὁ δὲ τέθριππος τῆς ἑορτῆς, ἅμαξα βοῶν τὸ χρῶμα λευκῶν. ἀπὸ δὲ τῆς ἁμάξης εἶναι δεῖ ἱέρειαν, ἔτω δὲ ἔχειν ἄχρι ἔξω νεῶ. τὸ δὲ ἱερὸν, ἔξω τῆς πόλεως. ἦκεν δέ ποτε ὁ χρόνος φέρων τὴν ἑορτήν. ὁ δὲ νόμος, ἀπὸ τῶν βοῶν οὐκ ὄντων, ἐκώλευεν. ἀλλ' ἐνοφίσατο τὴν ἀπορίαν ἡ ἱέρεια, μήτης

CAP. LI.

DE IVNONE.

Iunonem Deam ſibi tutelarem exiſtimant Argiui, atque ea propter feſtum in honorem eius inſtitutum celebrant, cuius apparatus erant iuncti boues, corpore albi. Eo in curru conſidere oportebat Sacerdotem, & ſic ad campum vsq; prouehi: erat enim templum extra vrbem. Aduenit ergo quondam tempus celebrandi feſti, quo bobus non præſentibus mos claudicaret, ſed animaduertit penuriam Sacerdos, ma-

ἔδοκε νεανίσκων, ἀντὶ βοῶν τῷ σχήματι γενομένων. ἐπεὶ τοίνυν τὸ παρὰ τῶν βοῶν, παρὰ τῶν παίδων ἐγένετο, στᾶσα κατὰ τὸ ἄγαλμα, μισθὸν ἀπήτει τοῦ πόνου. καὶ ἔδωκέ, φασιν, ἡ θεός· ὕπνος ἦν ὁ αὐτὸς, καὶ τοῦ βίου πέρας γενόμενος.

mater adolescentum, bouis tum munia exsequentium. Postquam igitur, quod à bobus fieri debuerat, a filiis esset peractum; consistens ad statuam, pretium laboris poposcit; idque a Dea ferunt persolutum, somnum scilicet, & vitæ finem.

Τέλος τοῦ περὶ ἀπίστων Ἱστοριῶν Παλαιφάτου, χρησίμου συντάγματος.

Finis utilis Commentarii Palæphati de Incredibilibus Historiis.

NOTÆ
AD CAP. LI.

ΠΟλιοῦχον αὐτοῖς. *Deam sibi tutelarem.*) Vtpote cui terram hanc Inachus dicasset: vnde & Argis natam creditum. Voss. sub. fin. lib. II. Theol. Gent. Ἀργείαν appellat Homerus Iliad. Δ. vide cap. XLIII. supra.

1. Ἀπὸ δὲ τῆς ἁμάξης.) Planius ἀπό; etsi negari non possit ex vocula ἀπὸ, juncta secundo casui, varias Græcis natas loquendi formas; cuius rei exemplum vel hoc caput paulo inferius præbet.

2. Νεανίσκων. *Adolescentum.*) Κλέωβιν & Βίτωνα appellat Herodotus, Clio c. XXXI. vnde & hæc habet No-

Noſter, & cum his illa conferenda variationis exemplum capere ſtudioſi Græcæ linguæ poſſunt.

3. Ὕπνῳ ἦν ὁ αὐτὸς (μιθὸς) καὶ βίου πέρας γενόμενος.) An hic ἓν διὰ δυοῖν eſt, vt ὕπνος καὶ βίου πέρας; *ſomnus & vitæ finis*, ſignificet πέρας καὶ βίου ὑπνῳ ἐοικὸς, aut, ſi dicere liceret, ὑπνοειδὲς· *vitæ finem ſimilem ſomno*, id eſt, facilem & placidum. Sed planiorem huius rei diiudicationem faciunt verba Hiſtorici, ſcribentis, eos in ipſo delubro poſt epulas & ſacrificia dormiuiſſe quidem, ſed non amplius euigilaſſe. De hiſtoria autem Herodotus ita: ἔυχετο τὴν θεὸν δῶναι τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἄριστόν ἐστι. *Orabat Deam vt daret, quod homini optimum eſt conſequi.* Supra autem dixerat: Διέδειξε ἐν τούτοις ὁ Θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνάναι μᾶλλον ἢ ζώειν. *Per hæc indicauit Deus, ſatius eſſe homini mori, quam viuere.* Vide hac eadem de re Ciceronem I. Tuſcul. quæſt. qui, inter alia huc pertinentia, ſimile exemplum addit Trophonii & Agamedis, quibus ab Apolline ſimili modo impletum votum. Porro quod in hac re fabuloſum eſt, & immixtum vero, ſecerni facile poteſt, & ex re ipſa explicari.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE